¶CHRI. Arbutos:nã has arbores libẽter edũt. Vir. depulsis arbutus hædis & alibi dãt arbuta sylluæ. Est ãt arbutus quæ semp frondescit:& q̃uis apud nos nõ multũ crescat tã scribit iuba in aphrica fuisse arbutũ quæ ad qnquaginta cubitos creuerit. Deuiæ quæ loca deuia pascentes sectent. ¶ Vxores abusiue per acyrologiam nam i solo homine sunt legitimæ cõparatæ nuptiæ dicit autem uxor. q. unxor quia ungerẽt nouæ nuptæ uel est uxor. q. ut soror qa pro sorore amanda tractãdaq; sit. ¶ Mari. s. hirci q. semp uirus. i. uehemẽtẽ sed abhorrẽ dũ odorẽ emittit. ¶ Virides colubras uehemẽter. n. nocent pecori serpentes illi quos quia umbra delectãtur colubros appellant. Vir. Aut tecto assuetus tecto succedere:& umbre. Snia igit est q; præsentia fauni oia noxia a pecoꝝ arceat. ¶ Hædilia. hædoꝝ stabula. Eadẽ rõne captilia ouilia porcilia eqlia & his similia dixerũt: q scribũt de agricultura ab hiis q̃ drupedibus q̃ i illis cõtinent. Dixerũt ẽt fænilia i qbus fænũ seruet. ¶ Martialis qa marti cõsecratus sit Vir. Martius a stabulis rapuit lupus. Nã & ui & insidiis ualet: lupus aũt ab eo quod est λυκος apud græcos. Nã ipm hoc aial ἀποτηλυκησ. i. a luce denominant. Credidit antiqtas rictum lupinum ualere ad noxia ppulsanda: quapp illũ ad hostia suspẽdere cõsueuerãt. ¶ Vtcũq; ubicũq; secũdũ Acronẽ: uel quõcunq;. Cũ igit & amœna simul: & tuta esse loca demõstrauit inuitat tyndarin: ut secum i illis habitet: & copiã regẽ pollicet. ¶ Dulci q̃ dulcẽ sonũ emittit. Sit aũt ordo: o tyndari dii tuent me & pietas & musa mea ẽ cordi diis quõcunq; uel ubicunq; iste ualles in quibus sum: & saxa usticæ. i. mõs usticus psonuere dulci mea fistula. Vt sit snia quõcunq; ego cantãs. qui cantus redditur ex reboatione huius uallis: & mõtis dii me tuentur. ¶ Vsticæ cubãtis: alii mõtem dicũt esse quẽ appellat cubãtẽ quia cũ multũ surgat i altũ. Alii uolũt eẽ fluuiũ quẽ appellet cubantẽ quoniã p ima uallis cubet optime aũt dixit psonuere. qm reboatio ex cõcauitate uallis nascit. ¶ Diis pietas. m. p trãsitũ oñdit deos tueri eos in qbus est pietas impios aũt negligere. pp qd scribit: & diuus Hiero. se nunq̃ iuenisse piũ q mala morte perisset. ¶ Et musa. q. d. religio i musis. Nã poetæ sacerdotes musaꝝ sunt. Vir. Me uero dulces ante oia musæ Varrum sacra fero ingenti pculsus amore accipiant. Hic in isto agro i quo demõstraui oia tuta eẽ. ¶ Copia. affluẽtia dr ẽt copia ptãs: & facultas rei. Oui. Ante ait emoriar q̃ sit tibi copia nri. In plurali ãt copias dicimus exercitũ ẽt si paruus sit uñ & copiolas dixerũt. ¶ Opulẽta opibus exuberãs oia enim quæ desinũt in lentus exuberantiã denotant: ut somnolentus: tumulentus: & similia. ¶ At plenũ: ita manabit: ut nihil desit. ¶ Benigno cornu: liberali: & abundanti est aũt metaphora a cornu fortunæ quo dr diuitias cõsuesse largiri. Diodorus aũt siculus de cornu hæc refert. Hammonẽ lybiæ regẽ rheã saturni filiã uxorẽ duxisse reuertentẽq; iuxta ceraunia uirginẽ inuenisse pulcherrimã amaltheã noie ac compressisse & illã pxime regiõis dominam fecisse q̃ in similitudinem bouini cornu esset formata: q̃ fertilissima erat & deinde cornu amaltheæ ẽ noiata. Quod nomẽ a posteris in quãcũq; fertilẽ terrã traductũ est. Alii dũt herculẽ aduersus acheloũ fluuiũ pugnasse: & cũ achelous in thauꝝ se cõuertisset illi alteꝝ cornu detraxisse quod nymphæ pomis: & floribus repletũ copiæ cõsecrarũt de quo. Oui. naiades hoc pomis: & odore: & flore repletũ sacrarũt diuesq; meo bona copia cornu. ¶ Reducta: sepata a planitie. ¶ Canicula: sidus est in cẽtro ipsius cœli quẽ græci siriũ uocãt uolũtq; orionis canẽ fuisse. Alii dicũt illã eẽ canem quæ uulpẽ thebanos agros populantẽ occidere uoluit: sed iuppiter utrũq; in cœlestia sidera trãstulit. Hæc. n. canis europe custos cũ dracone data est: & deinde medicinæ cã procridi oblata: quã cephalus pcridis maritus ad uulpẽ quã dixi produxerat. Sunt q dicãt hãc esse neerã canem quæ icaꝝ ab atheniẽsibus occisum & insepultum relictum erigone filiæ oñdit quapropter cũ in hymethio mõte post patrẽ sepultũ se erigone laqueo suspẽdisset iuppiter pcibus bacchi. Errigonẽ in uirginẽ icaꝝ in arcturũ: & canẽ insiriũ conuertit. Cũ ad caniculam sol ascẽdit corpora humana langore afficiunt: per se noxia stella est & morbos creat: & si adiuuatur in totum annũ extendit morbos Vir. Et in totũ regnaret syrius annũ. Dr aũt syrius a lõgo tractu: nã magnitudine sua triũ signorũ spatiũ occupare uidet. ¶ Theia: a ciuitate theia: quæ acreontis poetæ lyrici patria fuit. ¶ Fide: chorda quãuis fidis nomẽ latinũ sit: chorda græcũ. ¶ Penelopẽ. hæc filia icari siue icarioti ulyssi nupta est: & cũ ille. xx. an. abfuisset integra incorruptaq; mãsit: sed ulyssem semp desiderauit. Circe aũt filia æete ex echate ꝑm Diodo. oium ueneficiꝝ maxima ac crudelissima: hæc oium herbaꝝ uires cognouit & pharmacũ ad amorẽ cõparandũ adinuenit quod græci philtron dicit: uxor fuit sarmathaꝝ regis: quẽ ueneno pdidit: ac tandem sua crudelitate pulsa in italiã uenit: & locũ olim insulã nunc continentem occupauit q ab ea circei sunt noiati hæc Diodo. pleriq; tã nõ eã æete: sed solis filiam uolunt quæ a blanditiis ad senauigantes allicere: deinde in sues ursos leonesue aut in alias bestias mutare cõsueuerit: mutauerat ergo hæc aliquot ex ulyssis socios qd cũ ulysses audiuisset accepto a mercurio pharmacho intrepidus accessit. Vnde & illa socios in pristinam formã reduxit: & ex ea. Thelogonũ suscepit: ergo & penelope: & circe in uno ulysse laborabant. i. ipm amabant nam laboriosa res est amor. Circe prima ludos instituit in honorẽ solis patris sui unde circũ ab ea dictũ putãt. ¶ Lesbii: qa i de erãt optia uina. Vir. Quæ metymneo carpit de palmite lesbos. ¶ Innocẽtis. q. d. ita tempati: ut nõ noceat. ¶ Thyoneus: multi dicunt bacchi hunc fuisse filiũ & in chio insula regnasse & filiũ thoantẽ sui successorẽ i ea reliqsse. Hũc dicũt cũ bouẽ subripuisset & illum rustici opprimere uellent a patre in uenatorẽ & bouẽ in ceruũ eẽ cõuersum uegꝝ hic pro baccho ponit uel dicemus esse unũ de noibus bacchi ἀποτου θυειν. i. furere quia bacchantes furore in suis sacris pcipiantur. Quãuis Diodor. fabulã bacchi de uini origine ad physicã referat: & thionem apud priscos terrã fuisse appellatã dicat. ¶ Semeleius. quia semeles filius fuit. ¶ Cõfundet: Cõmisce bit. ¶ Cũ marte. q. d. nõ ĩmisceat ꝑlia quæ nõ ad se pertinent sed ad martẽ. Sentẽtia ẽ nõ ueniemus in eã in quã multi cũ uenissent in prælia irruerũt: ut de centauris legit. ¶ Proteruũ. i. procacẽ in quo insit ipudens & arrogans audacia dr. n. proteruus a proterendo q oia sub pedibus esse uelit: & nullus sit pudor in petendo & audẽdo suspecta. q. d. obseruata: & de qua suspicio apud eũ sit ne in amore illi correspõdeat. Ergo tu suspecta cyro nõ metues hic apud nos ne ipse male coniiciat manus. ¶ Tibi dispari. i. in amore sibi non correspõdẽti non est ergo male dispari. sed male. i. pnitiose cõiiciat: Coniicere autem mãus uerbera inferre significat sed magis

Copia

Cornu copie

Syrius

Circe

est in cõsuetudine: ut dicamus coniicio manus in te q̃ coniicio manus tibi. Poetæ uero sæpe ponunt datiuum loco cum accusatiui ppositione. Vir. It clamor cœlo. i. ad cœlũ. ¶ Incontinentes non continentes ab iniuria.

Argumentum. ODE. XVIII.

¶Ode. xviii. monocolos ad Varum.

Vllã uare sacra uite prius seueris arborẽ
Circa mite solũ tyburis & mẽia Cathyli
Siccis oia nã dura deus proposuit: neq;
Mordaces aliter diffugiũt sollicitudines. (pat:
Quis post uina grauẽ militiã aut paupiem increpat:
Quis non te potius bacche pr̃ teq; decens uenus:
Ac nequis modici transiliãt munera liberi:
Centaurea monet cum lapythis rixa super mero
Debellata. monet sythoniis non leuis euhyus:
Quum fas atq; nefas exiguo fine libidinum
Discernunt auidi. non ego te candide Bassareu
Inuitum quatiam: nec uariis obsita frondibus
Sub dium rapiam. sæua tene cum berecynthio
Cornu tympana: quæ subseqtur cæcus amor sui
Et tollens uacuum plus nimio gloria uerticem
Arcaniq; fides prodiga: perlucidior uitro

¶ANT. Decima octaua ode Varro amico scr. hortans eũ: ut uitẽ priusq̃ arborẽ serat & id qm̃ sobrii anxietates & sollicitudines patiuntur. q̃ nisi uino tolli non possunt. Monet autem modeste bibendum exemplo cẽtaurorum. ii. n. nimio potu certarunt cum lapithis. Enarrat ide ebrietatis uitia: per eam nanq; illicita uenus admittitur. plus æquo quisq; sese extollit secretaq; etiã reuelantur. ¶ Nullam Vare sacra uitæ. Ode ẽ monocolos habens metrum phaletium siue coriambicum: de quibus in Ode. xi. hæc. n. similis est. ¶ Mite solum. i. solubile: & temperatũ a calore: & frigore. ¶ Cathyli: de hoc uide i ode. vii. pp carmẽ autem remouit. L. & corripuit medium Vir. n. li. vii. ait. tũ gemini fratres tyburtia mœnia liquũt. Fratris Tiburti dictã cognomine gentẽ Cathylusq; acerq; Corax argiua iuuẽtus. Siccis. i. sobriis & ieiunis nec uino madidis: sic ebrii sunt. Est autem ratio cur uitem priusq̃ arborem serere debet: qm̃. i. sobrii curis afficiũtur q̃ solo uino tolli possunt: hic ait superius: & uino pellite curas. ¶ Aliter: q̃ potãdo. i. ¶ Quis post uina. q. d. nullus ostendit autem quæ dura grauia aspera & misera sunt sine uino: post uini pocula apparere facillima. Bacchꝰ. n. lætitiæ dator est. ¶ Increpat: damnat arguit. ¶ Quis non te potius qs nõ te supplẽ appetat potius q̃ alia sollicitudinem afferẽtia. q. d. q̃libet Bacchus aũt & uenus uoluptatibus sunt aptiores. Venus. n. ut bacchus pellit rerũ curas. Decẽs pulchra decora: & modesta: nõ pteriẽs modũ. ¶ Ac ne qs modici: tẽperate bibẽdũ admonet: exẽplo cẽtauroꝝ q qdem in nuptiis pirithoi uino calẽtes spõsam hippodamẽ auferre tẽtarum sed a lapitis oppssi sunt ut late oñdit met. li. xii. lapytæ aũt Thessaliæ ppli in pindo & othry. mõtibus habuere sedes ut Pli. li. iiii. ostendit. Cẽtauroꝝ: quoq; natio in thessalia fuit dura qdẽ & agrestis: ut Stra. li. ix. inuit. Pitithous aũt isiõis lapitarũ regis filius fuit. ¶ Sithõiis. i. tracibus nã thracia prius Sythõ dicta fuit. ut Gelli. li. xiii. docet. ¶ Thraces ãt cõuiuiis uaccare solebãt qd Sta. th. li. ii. oñdit his uersib9. Qualia p rodopẽ rapido cõuiuia cœtu Bistões aut mediæ ponũt cõuallibus osse. In ode uero. xxvii. ait. Natis in usum læticiæ sciphis pugnare thracũ ẽ. Euhyus Bacchi nomẽ. Vũ Sta. ẽt. li. ii. ait. Et tũc forte dies noto signata tonãtis Fulmiæ ꝓrepti quũ te tener Euhye ptus Trãlmisere pfi. Vtq; acro ait. li. ii. Ode. xi. Euhyus liber dictus ẽ eo q; quũ dii bellũ cũ gigãtibus gereret. Primus in leonẽ cõuersus occidit gigantẽ: ex quo ita iuppiter eũ laudauit Euhye hoc est bone fili græcæ. n. ευ nobis bene est. υιος autẽ filius. ¶ Quũ fas atq; nefas: Sensus est quũ in luxuriã pni pp ebrietatẽ uix decoꝝ ab in decoro discernãt. Ego nõ irritabo te bacchũ. i. nõ pteribo bibẽdi modũ. ¶ Exiguo fine paruo discrimine. ¶ Cãdide pulcher. ¶ Bassareu: bassareus liber appellat a uestis bacchaꝝ genere. Vnde & ipe bacchæ bassarides appellant. Est aũr genus uestis usq; ad pedes demisse dictæ a bassara loco lydiæ ubi sunt talia. Auctor est Acro. ¶ Inuitũ. i. nolentẽ: bacchus. n. thrai uĩ nõ duci quũ poculoꝝ modus pterit. Nec uariis obsita frondibus. Sub diõ rapiã. i. tua archana o bacchæ i publicũ nõ pferã allegorice aũt dicit: q; ipe nõ factus ebrius secreta sibi commissa nõ aperiet. ¶ Obsita. i. circũdata ac tecta. thyrsis. n. i. hastis pãpinis ĩuolutis utebãt i bacchanalib9. ¶ Sub diõ rapiã. sub diõ legẽdũ uel sub diũ licet i antiquissimis textibus sit sub diuũ at sub dio dicimus nõ sub diuo. i. sub cœlo. Cælũ nãq; græci ουρανον dicunt auctor ẽ Asconius super lib. iii. Verrinarum. Var. quoq; id meminit. Sæua tene cũ berecynthiæ cornu tympana. i. cõtine a me furoris ĩcitamenta q̃ ebrietate accendunt de corybãtibus cybeles sacerdotib9 dcm ẽ Ode. xvi. quõ tympãis: & cymbalis & uocibus furorẽ ĩcurrebãt. ¶ Quæ. s. tympana. i. furoris cãm seqt cæcꝰ amor sui. i. ĩcauta bibẽdi cupiditas Ebrii nãq; potare nõ desinũt unq̃ sed magis magisq; appetũt. ¶ Attollẽs. & q̃ subseqt gloria plus nimio tollẽs uacuũ uerticẽ. Ebrii. n. se maxĩe laudibus extollũt. ¶ Vacuũ uerticẽ pp ebrietatẽ uacuũ cerebro uerticẽ dicit. ¶ Archãiq; & q̃ subsequit fides archani. i. secreti pdiga. i. futilis & pfida. ¶ Perlucidior uitro. i. cũcta apiẽs sicuti uitꝝ ĩtra qd ĩclusa oia appẽt & uidẽt.

¶ACR. Nullã uare sacra uitæ prius seueris arborẽ ad qntiliũ Varũ scri. amicũ laudãs Tiburtinũ uinum ode est monocolos. Metrũ coriambicũ ex spondeo & tribus coriãbis & pirrhichio siue iãbo siue est faletium. Scribit ad uarrũ fidũ amicũ sibi laudans tiburtinum uinũ & suadet ut qa uernũ cõpetẽs ips est nullã arborẽ priusq̃ uitẽ ponat. ¶ Seueris: posueris. ¶ Mite solũ fundũ excultũ. Siccis pro sobriis & ieiunis uel uino abstinentibus sine quo raro lætitiæ ut adsit lætitiæ bacchus dator & bona iuno. ¶ Neq; mordaces. a. d. s. curæ quæ mentem mordeant & crucient: ut hic tibi fabor. n. q̃do hæc te cura remordet. Increpat accusat commemorat quæ sine uino solet. ¶ Quis non te deest canet. ¶ Bacche pater bacchus lætitiæ pater: & auctor ut munera læticiãq; die. ¶ Te decens uenus decora. bacchus. n. & uenus cõuiuiis aptiores sunt & uoluptatibus ut sine cerere

lapithe

Sython

Euhyꝰ

Bassareus

Subdio

& libero friget uenus. ¶ Ac ne q̃s modici moderati; parci moderate uino uſi. ¶ Rixa: non poſt ebrietatẽ centauri cũ lapytis pugnauere: ut Vir. Bacchus & ad culpã cãs dedit ille furẽtes cẽtauros læto domuit rhœtũq; phoũq;. Et magno hyleũ capitis cratere minantẽ. Cuius rixe in bibẽdo memoriã habẽdã ſuadet & mõet: ne ſicut aſcytis & ab aliis gẽtibus uſq; ad furorẽ bibãt. Ordo eſt cẽtaurea rixa ſup mero. i. p mero: ut nec ſup ipſe ſua mollit laude laborẽ. ¶ Debellata: cũ lapithis monet. ne quis trãſiliat munera modici liberi: & cuius nõ leuis in ſithoniis monet. ¶ Scitoniis: thracibus: ut ſithonio aquloni q̃ p ebrietatẽ ẽt illicitos concubitus audent: uñ inguinis: & capitis q̃ ſint deſcrimina neſcit. ¶ Nõ leuis. liptote ac ſi diceret grauiſſimus: & iratus. ¶ Fas atq; neſas licitũ & illicitũ. ¶ Exiguo fine: liptotetice. i. nulla differẽtia. ¶ Auidi. i. luxuria. ſ. pni pp ebrietatẽ. ¶ Nõ ego te, c. b. baſſareus dictꝰ ẽ liber pr̃ a genere ueſtis bacchar̃: uñ & bacchæ baſſarides dictæ. Perſi. baſſaris & lyncẽ, baſſaris. n. ueſtis genus eſt uſq; ad pedes demiſſa: dicta a baſſara: loco libyæ: ubi fit tali. n. & numina uti uolũt ut pedes ueſtis defluxit ad imos: & uera inceſſu patuit dea. ¶ Inuitũ quatiã. i. non plus bibã q̃ optet: aut certe inuitũ quatiã iõ dixit: quia in ſacroꝝ renouatione commouebant ſimulachra. Vir. q̃lis cõmo. ex ſa. thias: ubi auditoſtimulãt triatherica baccho orgia. ¶ Nec uariis: hocẽ nõ archana naturæ: uel q̃ cælaræ uis ĩ publicũ p ferã: & uult p allegoriã intelligi ſe p uinũ ſecreta nõ pdere. ¶ Sæua tene: reprime. i. ſicut in berecynthio mõte reprimit ebrietas p myſteria matris deũ ſic & tu reprime p̃cat aũt liberũ ut cõtineat ab eo furoris ĩcitamẽta q̃ ipſa ſe ĩ iſaniã accẽdũt. ¶ Berecynthio: phrigio berecynthios. n. caſtellũ phrygiæ eſt. ¶ Tympana ebrietatem nã tympanorũ ſtrepitũ p ebrietate poſuit. ¶ Cæcus pp ebrietatẽ neſcius ſui: eſt aũt epithetõ amoris ppetũ: ut uulnus: alit uenis: & ceco carpit igni: & cæci ſtimulos auertere amoris. ¶ Vacuũ: uino uanũ: uel plus ſibi arrogando q̃ oportet: ut idẽ alibi. Tu ſpẽ reducis mentibus anxiis uireſq; & addis cornua pauperi. Poſt te neq; iratos trementi regum apices neq; militum arma prodiga perfida. & quæ cõmiſſum fundit arcanum. ¶ Perlucidior: omnia nudans: ſicut in uitro omnia uidentur & ſubſequitur a ſuperioribus ubiq; ſubaudis.

¶ POR. Nullã uare ſacra uitæ prius ſeueris arborẽ. uinũ laudat ſuadẽs Varro ut in regiõe tiburtina uitem prius q̃ arborẽ ferat. ¶ Et mœnia catilli: ut ſupra oñdimus catillum & coracem fratres eſſe tiburti cuius noĩe tibur cõdiderũt. At ne quis modici tranſiliat numera liberi: ne quis inquit ĩmoderate bibat exemplo ſũt. Lapytæ & centauri: qui in cõuiuio pyrithoi hac ebrietate pugnam contraxerunt: Monet Sithonius non leuis Euchius: Sithonii thraces ſunt: qui per uiolẽtiã inuitati ẽt illicitos cõcubitus audẽt. Non ego te cãdide baſſareu a genere ueſtis liber baſſareus appellãt: unde & ipſæ bacchæ baſſarides appellãtur nec uariis obſita frõdibus ſub diuũ rapiã: nõ, pferã in publicũ myſteria tua inqt latẽtia alioqn ac ſecreta: ſed p allegoriã hocũ dicere ea q̃ fidei meæ cõmiſſa ſunt: nunq̃ ego ebrius factus, pdã. ¶ Sæua tene: cũ berecynthio cornu tympana. Oro inqt cõtineas a me liber furoris ĩcitamẽta q̃ ſeipa ad cupiditatẽ iſaniẽdi accedũt. ¶ Et tollẽs uacuũ plus nimio gloria. Elegãter qa ex ebrietate pleriq; plꝰ ſibi arrogãt q̃ debẽt. ¶ Vacuũ ergo uerticẽ. i. uacuũ cerebꝝ accipe.

¶ CHRI. Ad Quitiliũ uarꝝ poetã egregiũ ſibiq; amiciſſimũ ẽ ode. quẽ hortãt: ut ĩ ſuo tiburtyno uites ſerat: qa & ager illæ optia fert uina. & illa modeſte ſumpta curis nos ſoluãt. nã ĩmoderata pocula plia ĩducunt: qd ĩ cẽtauris uidemꝰ. ¶ Sacra. ſ. baccho: uitis ãt dr̃ a uiuẽdo: qm̃ ad lõgiſſimũ tp̃s durat teſte ẽt Pli. neq; cariẽ ſentit uenitq; ad tantã craſſitudinẽ: ut populoniæ quæ urbs ethruriæ fuit ex una uitæ ſimulachrũ iunonis extĩterit & in templo dianæ epheſiæ ex una uitæ factæ ſint ſcalæ. ¶ Seueris: plantaueris. Vir. optima uiuẽtis ſatio. Facit aũt in p̃terito ſeui: ut alia uerba quæ in ro. exeũt: ut q̃ro q̃ſiui: & tero triui: in cõpoſitione aliq̃ do diſcedit a pria notiõe: ut deſero: iſero aũt ſi de arbore dicãs erit iſitũ: ſi de aliis rebus iſertũ. ¶ Prius. ſ. q. d. reliquẽ curam aliaꝝ arborꝝ: ut uites ſeras. ¶ Mite: uel bene excultũ ſm Acronẽ, hinc Vir. Ea nec mãſueſcit habendo uel mite. i. mitia. & ſuauia ferens. Tyburis, de quo iã dictũ eſt. ¶ Catili tyburtus cõdidit: ſed poeta fratrẽ p fratre poſuit. Sic Vir. Reuocato a ſanguine teucri. i. dardani. ¶ Solũ terrã: ſed qcqd eſt quo aliqd ſuſtẽtãt id ſibi ſolũ eſt: uñ aerẽ auibus ſolũ dicemus & aq̃s nauibus. Virg. Subtrahiturq; ſolũ de mari dixit. ¶ Siccis: rõ ẽ cur ſint ſe rẽdæ uites: nã uino curæ pellunt: q̃ ſiccos. i. ſobrios nimis corodũt. Siccis ergo nõ madidis uino qd' lætitiam hylaritatẽq; exhibet. Vir. Aſſit læticiæ bacchus dator. ¶ Sollicitudines. i. curæ q̃ nos ſp ſollicitos anxioſq; reddũt. Sollicitare aũt eſt curã alicuius rei iniicere: q̃ anxius ſis. ¶ Mordaces: qm̃ curæ cor ip̃m: ut ticii uultur exedũt quapp recte græci curas μελεδονας quaſi membra exedẽtes appellant & nr̃i dixerũt q̃ ſpũs triſtis deſiccat oſſa. ¶ Quis. p. u. pfecta argumẽtatio: poſuit. n. ppoſitionẽ q̃ fuit q̃ uites ferreret: deĩde attulit rõnẽ ſiccis oĩa & reliq̃. Nũc adiũgit cõfirmationẽ rõnis: deĩde exemplis rẽ exornabit atq; amplificabit: quis ergo poſt uina. i. poſt q̃ uino ſe hilarẽ reddidit. ¶ Increpet, p increpabit. i. rep̃hendet: & uituperabit tanq̃ rẽ durã: & miſerã & poſuit ĩcrepet. i. grauiter feret: ut ſit p̃ñs pro antecedẽte: nã ea uituperamus q̃ grauiter ferimus: increpare autẽ eſt dictũ a crepitu ſonitu q; uerboꝝ nã rep̃hẽdentis ẽ crepitũ ſonitumq; in uoce adhibere & q̃ſi aſperioribus uerbis intonare: quod fit ſæpe ex ira: tuncq; oõ amara eſt audiẽti: q̃ndoq; fit ex quadã familiaritate quæ res excitat potius q̃ pturbet: & in hac ultima ſignificatione dixit maro. Tũ bitiæ dedit increpitãs: poſuit aũt duo grauiſſima q̃ qdẽ ſi poculis molleſcũt reliqua oĩa molliſſima reddent: nã & pericula: & labores ĩtolerabiles affert militia: pauptas aũt difficultatẽ oĩum rerũ habet. ¶ Quis nõ te. p. b. p eclypſim uerbũ ſubtraxit: ut uehementiam induceret in dicendo dicas itaq;. Quis ergo o bacche non potius te uelit aut ſequãt q̃ iſtas curas? ¶ Pater uel quia omnes dii patres ſunt uel quia epithetũ ſit bacchi. Nam liber pater dicitur uel quia mitem ſe præbeat: ut patres ſolent uel quia liberis ciuitatibus præeſt in quibus adminiſtratores nõ domini ſed patris uice fungunt. ¶ Decẽs uenus: optime poſuit conuenientẽ comitẽ bacchi uerũ ut in poculis modũ adhibendũ p̃cipit ſic & in uenere ppeaq; decens dixit. i. qua obſeruetur quædã cõdecentia: & decoꝝ uel dixit decens quia in cõuiuio req̃rit uenuſtas q̃dam remota ab oĩ triſtiori grauitate. Exornatio ẽ hæc quæ in oratoria argumentatione quarta ẽ. Propoſuerat. n. eẽ ſumẽdũ uinũ. ſed modeſte. Deinde attulerat rõnem. q̃ ſiccis oĩa eẽnt dura. Deinde cõfirmationẽ rõnis. q̃ neq; militia neq; pauptas uino exhilaratis grauis eſt nunc p exempla ĩducit ex-

omationẽ rõnis demõſtrãs: niſi modus obſeruetur quot ſequant incõmoda. Hæc ego ea rõne in hoc loco aperui: ut oſtẽderẽ uiã uolẽtibus: & alibi huiuſcemodi oĩa p ſeipſos ĩueſtigare: ordo aũt ſit. ¶ Rixa cẽtaurea. i. a cẽtauris mota cũ lapytis ſup mero monet nos ne q̃s trãſiliat munera modici liberi. ¶ Trãſiliat: plus eſt q̃ tranſeat: tranſit. n. ẽt lẽto paſſu. trãſilit aũt ſaltu: nã ẽ ex trans: & ſalio. ¶ Modici: modeſti & tẽperati. ¶ Cẽtaurea ab eo quod eſt cẽtaurus: fuerũt aũt cẽtauri iſionis ex nube filii: ferunt. n. iſionẽ cõcubitũ iunonis cõcupiſſe: iuno nẽq; rẽ ad iouẽ detuliſſe: ac ilius iuſſu ſimulachrũ quod iuno uideri poſſet ex nube formaſſe: & iſiõi obieciſſe. Credidit ſtultus ſe cũ iunone coire: cũ coiret cũ nube. Ex eo igitur cõcubitu cõcepit nubes peperitq; centauros. Huius fabulæ allegoriã ego in noſtris camal dulẽſibus diſputatiõibus ſub noĩe tui parẽtis ducis iuictiſſimi editis diligẽtiſſime proſecutus ſum. iſion. n. tyrãnus eſt: q̃ dũ iunonẽ, i. ampla regna: & ſupra ſuas uires optatã dea regnoꝝ iuno habet: pro iunone nubẽ. i. uanas res aſſequit. Fruſtrantur. n. illũ ſue cogitationes: unde filios gignit mõſtruoſos. i. efferatos effectus. Dicunt ãt caput brachiaq;: & pectus humana habuiſſe: reliq̃ uero mẽbra egna: hi ad peritoi nuptias ſuitati cũ nimio uino ebrii eẽnt nouã nuptã rapere uoluerunt: qua ex re inter ipſos: & laphytas qui pro defenſione mulieris certabant exorta eſt pugna: ac multi utrinq; cæſi. Affuerũt ẽt puellæ hercules: neſtor: theſeus: & alii excellẽtes uiri ſunt q̃ referãt: ad hiſtoriam: dicantq; fuiſſe ſatellites regis theſſaliæ: q̃ iuſſi a dĩo boues oeſtro percitos cõſequi: & domũ reuocare: q̃ cũ pedibus aſſeq̃ nõ ualerẽt equos aſcẽderunt: & tandem cõſecuti illos ſtimulis pũgentes reuocarũt itaq; uiſi in equis putati ſunt bimembres. Et qm̃ tauros pũgebãt κεντουροι ſunt dicti κεντεω. n. pũgo ẽ & ταυροσ taurus. ¶ Laphithæ: ſiue lapitæ dicunt: nã ſæpe aſpiratio ĩ nominibus græcis ſubtrahit: uñ eſt ſpera pro ſphæra. Erant aũt pp̃li theſſaliæ ſub perithoo: hãc pugnã ẽt maro baccho imputat ſcribit. n. Bacchus: & ad culpã cãs dedit ille furẽtes Cẽthauros læto domuit rætũq; pholũq;. ¶ Euchius bacchus hoc. n. noĩe donatus ẽ a ioue cũ illi ĩ bello gigãtheo optimã operã nauaſſet id aũt ſignificat bonum filiũ nã ευ bene & υεοσ filius. ¶ Scitoniis. tracenſibus apud quos ex inſtituto orphei celebrabãt orgia bacchi. Vir. Sithõiaſq; niues hyemis ſubeamus aquoſæ. ¶ Cũ audi. i. in libidinẽ, pni pp ebrietatẽ. ¶ Diſcernũt: diſtinguunt. exiguo fine: Fas atq; nefas: iuſtũ & iniuſtũ. ideſt paruam uolunt eſſe differentiam inter iuſtum: & iniuſtum. Nam ebrii non animauertunt qd interſit inter turpe & honeſtum Sic iuuenalis. Quid enim uenus ebria curat? inguinis & capitis quæ ſint diſcrimina neſcit. Quapropter ego non quatiã te: non irritabo te. ideſt nõ bibam pluſq̃ oportet. ¶ O candide: ideſt pulchre: nã pulcherrimus pingitur bacchus: uñ ſapphos. Accedãt capiti cornua bacchus eris. ¶ Baſſareu: uocatiuus remotus a noĩatiuo: ut theſeus o theſeu: ſic pãthe, pãthe, pãtu ut Vir. quo res ſũma loco panthu. Eſt. n. πανθευς πανθευ. Dr̃ aũt baſſare uis a ſpẽ q̃ dã talaris ueſtis q̃ bacchæ in ſacris illius utebant: Ex qua & ipſe baſſarides appellabant. Perſius. Et raptum uitulo caput ablatura ſuperbo: Baſſaris & lyncen menas flexura corymbis. Voluntq; ueſtem ipſam a parte lydiæ baſſara noĩata ſic dici. Alii dicunt thraces in his ſacris pelles lyncum adhibere quas Pelles ibi baſſaras uocent. ¶ Nec rapiã ſub diuo. i. non proferã ĩ publicũ. ¶ Obſita. circũdata uariis frõdibus quos thyrſos uocabãt: nã haſtas inuolutas pampinis tenebãt in his ſacris. Eſt igitur ſententia: nõ arcana naturæ uel quæ celãda ſunt in publicũ, pferã: & allegorice dicit nõ ſp ſecreta uinũ, pdere. ¶ Sub diuo. i. ſub ioue q̃ aer eſt. Ergo ille dr̃ ſub diuo eſſe q̃ nullo tegit tacto. Et qm̃ q̃ ẽ ſub diuo ĩ apto eſt: iccirco ĩ hoc loco poeta dixit ſub diuo. i. in publicum. ¶ Tene. i. con̄cine: & coerce ebrietatem: ſicut in berecintho reprimitur ebrietas per myſteria matris deũ. ergo poſuit in hoc loco tympana: & cornu pro ebrietate. ¶ Quæ tympana. i. quã ebrietatem. ¶ Cæcus amor: ĩcõſiderata quædã cupiditas. ¶ Sui. ſ. ebrii. ut quod ex uſu ſibi ẽ id ſequãt nec uideat æquũ: ne ſit an iniquũ. ¶ Vel ſui. i. eius ebrietatis. Nã q̃ ſemel modũ egreſſi in bibẽdo: idẽ ſp facere cupiũt. Extollẽs uacuũ ſequitur ẽt ebrietatẽ ſtulta q̃dã & ianis gloria: & iactãtia. ¶ Extollẽs uerticẽ. i. caput. ¶ Vacuũ: ſine cerebro. i. ſine prudẽtia. i. ſupbe ſe efferẽs: nã ebrioꝝ eſt: ut multa de ſe ſtultiſſime ſimul: & arrogãtiſſime iactent: & ſupbe efferãtur: qd p ſimilitudinẽ dicĩus extollere caput. ¶ Vertex ãt cacumẽ ẽ. & mõtis: & capitis a uertẽdo dictus quoniã q̃ ibi naſcunt: partim in dexterã partim in ſiniſtrã uertant. Hinc dicimus diuortia aquaꝝ: qa in iugo montis diuertant aque: & aliæ hĩc aliæ hĩc deſcẽdãt. Dicimus ẽt uerticẽ in cœlo: quẽ græci polũ appellãt. Vir. Hic uertex nobis ſemp ſublimis at illũ Sub pedibus nox atra uidet manesq; pfundi. ¶ Arcaniq;. ſ. p. i. p. nã fides quæ eſt, pdigna. i. quæ promit ſecreta: & q̃ñ & cui nõ debet: nõ iã fides ſed pfidia eſt. Arcãi ſecreti ſue fidei cõmiſſi. Et eſt methaphora ab eo q̃ ultra modũ erogat pecunias neq; uidet aut cui aut quãtũ det. ¶ Perlucidior. uitro. nã ut in uitro apparent oĩa quæ intra ſe continet ſic in homine futili apparent omnia quæ ſibi credita ſunt.

Argumentum. Odes. xix.

¶ Ode. xix. dicolos diſtrophos de Glycera.

Mater ſæua cupidinum
Thebamq; iubet me ſemeles
Et laſciua licentia puer:
Finitis animum reddere amoribus.
Vrit me Glyceræ nitor
Splendentis pario marmore purius.
Vrit grata proteruitas
Et uultus nimium lubricus aſpici.

¶ ANT. Decimanona ode poeta ſcrib. a Venere Baccho & ocio iteꝝ ſe cogi formoſam glycerã adamare qua, pter ſcythaꝝ pthorũue prælia eũ ſcribere uenus non patit nec ẽt illa q̃ ad uoluptatẽ amorẽue nõ ptineãt: ait tãdem pactis ſacris Glycerã ſibi leniorẽ fore. ¶ Mr̃ ſæua cupidinũ. Ode eſt dicolos diſtrophos, eſt. n. Metrum gliconicum primo uerſu. de quo tertia ode. Secundo Aſclæpiadeo. ¶ Cupidinum. Tres cupidines Cicero fuiſſe docet. in libro. de. na. de. Cupido enim primus ut inquit Mercurio. & diana prima natus eſt. Secundus Mercurio & uenere Secunda. Tertius quidem eſt Anteros Marte & uenere Tertia. Ouidi. etiam inquit libri. iiii. faſto. Alma faue dixi geminorum mater amorũ. Dicũt aũt iocũ & cupidinem ueneris filios hic matrẽ geminoꝝ amorum dici. unde Hor. ait lib. i. ode. ſa. ſi

ue tu mauis Erycina ridēs. Quā uolat circū iocus: & cupido. Alter autē allicit alter coniungit. ¶ Thebanæ semeles: Ea.n.cadmi filia ex ioue bacchū tonitru mediāte pduxit. ¶ Lasciua.l.corruptiores.n.licētia sumus. ¶ Glyceræ nitor γλυκυς & γλυκερος dulcis dicitur. ¶ Pario marmor. Stra. lib.x.iquid. Paros lapidē producit: quē pariū appellāt ad marmoreas sculpturas aptissimū ē aūt paros una cycladū auctore Pl.li.iiii. ¶ Proteruitas: intemperantia: & ipudētia ppterea subdit: & uultus &c. ¶ Lubricus: luxuriosus & labilis ad uenerē. ¶ Cypro. i. relicta isula gratissima sibi solū me petiit: de cypro āt late i ode tertia. ¶ Scythas. i. scythæ prœlia: scyta uero regio est ad septentrionem. ¶ Parthum: parthi scytharum exules fuere: regnarunt tamen in oriente. Cominus in acie prœliari aut obsessas expugnare urbes nesciebant pugnabantque aut procurrentibus equis: at terga dantibus: sæpe etiam fugam simulantes: ut in cautiores aduersum uulnera insequentes haberent id libro.xli. Iustinus scribit. ¶ Attinent: ad uenerem scilicet & lusus: & uoluptates. ¶ Viuū cespitem: idest aram ex cespite: uult enim diis sacrificare præsertim ueneri quo glycera mitior sibi fiat. Est aūt cespes herba cum propria terra euulsa: hinc Naso libro.ii. de amoribus. ait. Gramineus madidā cespes obumbrat humū Verbenas. Verbena iouis ara uerrebatur. Domus purgabatur. Lustrabaturq;. Serebat aūt domestica in hortis flore albo. Sacerdotes purificatiōibus eā adhibere consueuerūt: plura diximus: li.iiii. Geor. Pueri: famuli Bimi meri. i. duoq; annoq;. ¶ Patera: idest cratera. Lenior mitior glycera quam proteruam ostenderat.

gliceros paros i iula

Parthi

Cespes Verbēa

In me tota ruens uenus
Cyprū deseruit: nec patitur scithas
Et uersis animosum equis parthum
Dicere, nec quæ nihil attinent.
Hic mihi uiuum cespitem, hic
Verbenas pueri ponite, turaq;
Bimi cum patera meri.
Mactata ueniet lenior hostia.

¶ ACR. Mater sæua cupidinū. Ode dicolos distrophos erotice ad pueros suos. Metrū primo uersu glyconicum: secū do asclepiadæū: hac ode renouari sibi amorem ueneris instinctu dicit: adiuuante hunc licētia & libero. Teren. Nam corruptiores sumus omnes licētia. ¶ Sæua: credulis modo: ut sæuus amor docuit natorū sanguine matrem cōmaculare manus. & alibi. Vi superū sæue memorem iunonis ob iram. Et stat maternis sæuus in armis: dicit autem uenerem: ut matris accidaliæ Semele: nomen matris Dionysii. ¶ Puer: dionysius qui colitur apud thebas. Et lasciua licentia: ocium quod semper in lasciuiam resoluitur. ¶ Finitis. a. r. a. iam desertis: & alienis ab animo denuo isdem incitari. ¶ Glyceræ: nomē amate puelle. ¶ Splendentis pario. parius lapis candidissimus est: unde signa multa fiūt: ppea niueāq; parō dixit: Vir. & stabunt parii lapides spirantia signa: & alibi. argentum pariusue lapis circundatur auro. ¶ Vrit: incendit. Virgi. Carpit enim uires paulatim uritq; uidendo fœmina. ¶ Grata pro. amantibus grata procacitas siue impudentia qua interdum consueuerunt cōmendari mulieres. ¶ Lubricus: ad libidinē procliuis. ¶ Cyprū deseruit. relicta in qua uenus colitur insula me totum occupauit. ¶ Nec patitur. s. nō sinit me cātare de prœliis. dicit aūt se amore ueneris: & deliciis occupatum se scribere bella nō posse. Versis eqs in fugam retortis: quare fortiores dicūtur parthi: ut & missam parthi poscunt in terga sagittam. ¶ Nec quæ. n. a. i. quæ ad uoluptatem non pertinent: nec attinent ad amorem. ut Quin tu aliquid saltem potius quorum indiget usus. ¶ Hic uiuum mihi. c. h. u. p. uerbena aut terra uirens: aut cespes ad sacrificium. Bene autem uerbenas cespitem: & thus ueneri promittit quæ non placatur sanguine. Virg. Tum uenus haud equidem tali me dignor honore. Et item. Cērumq; sabeo Thure calent aræ sertisq; recentibus alant. ¶ Verbenas pu. p. herbas sacras: ut Virgi. uerbenasq; adole pingues: & mascula thura: & Terenti. Ex ara sume hinc uerbenas tibi. ¶ Mactata ueniet le. h. idest facto sacrificio mansuescet: hoc est lenior glycera ueneri ueniet: quam proteruam dixerat.

¶ POR. Mater sæua cupidinum. Hac ode renouare sibi ait instinctum ueneris ac uini adiuuante etiā licentiæ libertate. ¶ Vrit grata proteruitas: dixit quia plerūq; ipsa superbia ac fastidiū mulieris magis eā amatori cōmendat. Et uultus nimium lubricus aspici mire dictum est cuius uultus cū aspectus est lubricos i amorē sui facit iuuenes. ¶ Nec patitur scythas: & uersis animosum equis parthū dicere. Hic ostendit se in delitis ueneris occupatum non posse res bellicas scribere. Nec quæ nil attinent. Iucunde nihil ad se pertinere ait alia nisi quæ ad uenerem pertinent. ¶ Mactata ueniet lenior hostia: ueneri. s. mactata hostia Glycæra: lenior ueniet de qua bene hoc dictum est quia proteruam eam esse iamdudum ostenderat.

Conqueritur iterum amori subiici pp Glyceræ pulchritudinem. Ode. xix.

¶ CHRI. Amatorie scripta ode: sed q̄ tamē occultius demonstret nr̄a nos culpa incidere i amores. ¶ Scæua mr̄. nā nō cupido solum uerum ēt uenus crudelis est habēda. ¶ Cupidinū: plures enim sunt. Primus enim cupido secū di mercurii: & primæ dianæ filius fuit. Secundus ut simonidi placet ex sola uenere natus est tertius ex uenere & marte. Alii dicunt uenerem fuisse unū ex cupidinibus: & reliquis antiquiorem. Refert Ausonius cupidinem quādoq; in myrteta herebi deuolasse: atq; ibi ab heroidibus quæ propter illū multos labores ac demum mortem passæ fuerant captum fuisse: & in alta myrto crūci affixum ipse tamē mox iteruentu ueneris q̄ illis cathenas a uulcano fabricatas minitabat nō solū eū liberauerunt: uerū ēt a uenere: ut illis ueniam daret ipetrarūt. ¶ Semele puer. i. filius uel puer qa sic pingit. Dicunt. n. illū quādoq; a gigātibus discerptū fuisse ac elixatū sed rursus a cerere mēbris cōpositis in pulcherrimū adolescētulū reductū. Qd' Diodorus ad physicā refert: nā ex terra: & imbre incrementum accipit uitis ad uuas creādas: q̄ ab agricolis carpuntur calcaturq; & multi uinum decoquunt. Deinde ceres rursus membra componit. Nam quotannis terra succum ad nouas uuas subministrat. sed de semel iam diximus: Et lasciua licētia: tria posuit ad amorē excitādum ualidissima: Venus: uinū & lasciua. i. mollis: & ociosa licētia. Vēus. n. si accedat uinū exardescit. Ex lasciuia āt oriri amorē noster Petrarcha elegantissime docet: p̄ sertim si in ea assumimus nobis licētiā. i. non cōcessum arbitriū. Qua

propter: & terentianus ille de mea filiū rep̄hendens ex nimio ocio sibi amorem prouenire affirmat. Et alio in loco deteriores esse hoīes licentia scribit. Ista ergo tria iubent tanquā dñi reddere animū amoribus finitis iubent quia cū non repugnamus a principio illis: animū ad se rapiūt ut necesse sit obtemperare. ¶ Et iubent reddere: nā seruus effectus aīus debet iā illi pturbationi cuius est seruus. ¶ Finitis nā sæpe amor extinctus ī uita ociosa: & uoluptuosa reuiuiscit. Differtāt licentia a libertate. nā licētia ē cū id nobis arrogamus quod non licet Libertas uero cū nulla re deterremur: qn ea q̄ honesta sunt aperte agamus. ¶ Nitor splēdor: & pulchritudo q̄ est efficax cā amoris. Nā amor ꝓm Pla. est desiderū pulchritudinis. ¶ Pario: paros una est e cycladibus ī qua effodiebat cādidissimū marmor. Vir. Pariusue lapis circū datus auro. Primi. n. q in statuaria claruerūt usi sunt marmore cādido ex insula paro quē lapidē lychnicē appellabāt: qa ad lucernas ī cuniculis cederet. ¶ Vrit: ē. n. amoris urere Vir. Est mollis flāma medullas. Et est repetitio. Grata proteruitas grata quædā obstinario. & insolētia. Nā cariora uiris sunt q̄ ipsi nō sine quadā difficultate assequunt mō terminū nō excedat. Tūc. n. grata est. Hinc Martialis. Nolo nimis facilē difficileq; nimis. Verū qd' mediū est qdq; inter utrūq; probat. Nec uolo q̄ cruciet: nec uolo q̄ satiet. erat ergo pterua citra modum ita ut accēderet desiderū: nā teste lucāo. Nitimur in ueritū semp cupimusq; negata nō tamē deterreret. Vel dic pteruitas. i. lasciuia q̄ nobis in alienis potius q̄ in nostris mulieribus iocū da ē. ¶ Lubricus aspici: metaphorice: nā quēadmodū: loca q̄dā sūt ita lubrica: ut cōtineri nequeamus: quin labamur: & ruamus ita quidam uultus: ita placent: ut non possimus contineri quin illos aspiciamus hosq; lubricos appellat. ¶ Tota ruēs magna est uehemētia ueneris in me & totas effundit uires nō inuenit in qua re rō quædā & modestia esse possit. sed ruit. i. impetu & nō consilio ferē & ruit tota. i. omnibus uiribus. ¶ Cyprū deseruit. q. d. ita ī me cōuersa ē ut nihil aliud curet: imo loca ēt sibi gratissima: ut me petat deserat. ¶ Scythas: populi sunt septētrionales. ¶ Isti oli seipsos scolotos appellabāt: ut ītq Herodotus. A græcis aūt appellant scythæ ab eoq; rege: de quo hæc narrāt. Referūt. n. herculē a deuicto gerione redeūtem in ea loca deserta deuenisse: & frigore oppressum leōina pelle sup inducta obdormiuisse atq; excitatū equas q̄ currū suū ducerēt nō uidisse ppea q̄ sitabūdū usq; in hyleā accessisse. Ibi ergo uirginē offendit cui i fernæ ptes: serpētinæ eēnt: Supnæ aūt ab ipso fœmore humanæ. Hæc igit equas suas apud se eē cōfitebat. sed redituram negabat nisi ille se amplecteret. Gessit morē uirgini hercules illiq; iā grauidæ arcū sagittasq; reliqt filioq; q nasceret tū demū regnū traderet mādauit: si arcū cū adoleuerit tēdere ualeret. At illa trigeminos pepit. Agatyrsū Selonū: & Scytā: Soluisq; scyta iussa paterna iplere potuit. Itaq; & a matre regnum accepit: & a se populos suos scythas noīauit. Hæc hærodotus: poeta autē negat scytarū bella: nā genus pugnacissima fuit aut parthica dicere posse cū tāto amore occupatus sit: ut nihil aliud cogitat ualeat. ¶ Dicere describere. Animosum uersis eqs qui inter fugiendū in hostē spicula cōtorquet: ut iā dictū est. Fidentēq; fuga parthū uersisq; sagittis. Nec ēt patitur uenus dicere ea quæ nihil attinēt ad amorē. Exprimit ergo id de se poeta qd de didōe scribit Virgi. quā oādit amore ipeditā cætera oīa relinquere ac soli æneæ uacare. Quibus rebus nos monet ut tā crudelem pestē euitemus. Hic mihi nō: ut epicurꝰ q credit deos humana negligere sed ut platonicus. Ipsi. n. asserūt oīa curare deos: sacrificiū parat quo deū mitigat. In qua renos monet ut in difficultatibus cōstituti ad deos recurramus. Viuū cespitē cuius herbe uireāt & suis radicibus hæreant: est. n. cespes terræ gleba cū suis herbis auulsa ex cespitibus. n. sæpe aras faciebāt iuuenalis. Qua festus pmissa deis aīalia cespes expectat. ¶ Verbenas has dicebāt antiq herbas sacras sūptas de sacro loco capitolii q̄bus corronabantur fœciales: & pater patratus fœdera facturi uel bella indicturi: hæc & sagmina appellabantur: uel quia de lucis sanctis capitolii legebātur uel a sanciendo. Abusiue tamen uocant uerbenæ omnes frondes sacratæ: ut laurus: oliua mirtus. ¶ Pueri terui: sic iuue. Itē igit pueri liguis aīsq; fauentes. ¶ Bimi duoq; annoq;: ut trimū: & q̄drimū dicimus. ¶ Mactata. h. non est contra illud Virgilianū Haud eqdē tali me dignor honore: nā constat alicubi de hostia sacrificari ueneri.

¶ Ode. xx. dicolos tetrastrophos ad Mecœnatem.

Vile potabis modicis sabinum
Cātharis græca qd ego ipse testa
Conditum leui: datus in theatro
Cum tibi plausus

Argumentum Odes. xx.

¶ ANT. Vigesima ode Mecœnati secum cētauro uile sabinū exhibere pmittit qd græca testa condiderat quo suauius esset ipse tamen Mecœnas propria domo Cæcubum bibet. Hora. n. nec phalernum nec formianum inest. ¶ Vile potabis modicis sabinum. Ode est dicolos tetrastrophos constat enim. Metro Saphico hendecasyllabo de quo Ode secunda habetur. ¶ Cantaris: ordo est O chare mecœnas eques potabis modicis cantaris uile sabinum quod conditum græca testa ego ipse leui. ¶ Cantaris. Cantarus græcum nomen poculi genus: & proprium liberi patris poculum: quem Maro sileno assignat: auctor est Mac. li. v. sat. Græca testa idest amphora quam græcam testam appellat: quoniā argilla: ut quidam putant ab argis uocata est apud quos primum ex ea uasa cōfecta sunt uel græca testa ait qm̄ ut Pli. libro. xxxv. scribit in samo plastice inuenta fuit. in quo titulo dicit ēt q̄ fictilia dolia ad uinaexcogitata sunt & ad aquas propterque Numa rex septimum collegiū figulorꝰ instituit. Vel græca testa ait ut intelligas e græcia illā uenisse cum aliquo optimo uino. ¶ Leui ptūm est a lino. Leui igit. i. picaui & iunxi. Nam ut Plini. docet lib. xiiii. in italia pice ac-

cantarꝰ

Argilla

dolia fictilia

Musta condita

resina condiebantur musta. Colu. etiam lib. vlti. indicat: uasa fictilia pro uino seruãdo picata esse debere: nõnulla tamẽ plura proũt conditio condituræ exegerit. Et Teren. inquit. Releui dolia: qd' significat apui: & quasi egypsaui: ut etiam Porphirio docet Datus in thea. ostẽdit quo tempore. Vinũ illud condiderit per quod uetus innuit esse. uile. tamẽ hoc est nõ quale mecœnas cæcubũ aut calenũ habebat. ¶ Plausus clarissimi uiri populi plausu in theatro excipiebantur quod latius ode prima ostẽdimus. ¶ Paterni fluminis. i. tybridis ethrusci. Mecœnas. n. ab etruscis regibus oriundus fuit ut late patuit ode pria. Tybris autẽ ut Stra. li. v. edocet ex apenninis montibus effluit: partimq; per ipsam excurrit ethruriam: deinceps ipsam disterminãs: primum quidem ab ea diuidit Vmbriam: postea uero Sabinos: & latinos. ¶ Iocosa imago. i. Echo de q̃ supius ample. ¶ Redderet. reboaret. ¶ Vaticani montis. Vaticanus collis inquit festus appellatus est: q̃ eo positus sit populus ro. uatũ relpõso. expulsis. ethruscis. In eo aũt colle sita est Petri Apostoli Basilica. is deniq; collis nõ lõge erat a theatro pompei: ut Porphyrio asserit. De uaticano uero plura gellius meminit libro. xv. c. xvii. Cæcubum sinu caietano contiguũ erat Cæcubũ oppidum cui adiacebat urbs fundi in appia uia tota illa ora præcipua uina generabat. Vege cæcubũ: & fundanũ sicuti phalernũ: & albanum inter nobilia noiabãtur. Auctor est Strabo libr. v. plura diximus i Epodo nono. ¶ Prælo: prælũ ligneũ instrumẽtũ ad uuam premendã. ¶ Caleno. Strabo lib. v. edocet Calenũ in Campania urbem in primis eximiã adiunctam Casilino fuisse: inde autem optima uina romam aduehebant: ut idem inquit. Sunt qã calibus Calenum dictum putẽt: de quibus lib. vii. ænei. poeta ait: Aequora quiq; Cales linquunt. Sunt q a καλοῦ quod bonum significat: & οἴνου uinum. Tu bibes: dum scilicet tua in domo fueris. ¶ Vuam. pro uino posuit. Phalernæ uites secunda uini nobilitas phalerno agro erat: qui ager a ponte campano leua petentibus urbanam coloniam Scyllanam nuper Capuæ contributam incipit auctor Plini. libr. xiiii. ¶ Formiani colles. oppidum formiæ iuxta Caietam fuit antiqua lestrigonum sedes ut scribit Plini. lib. iii. Straboq; lib. v. sic ait. Subinde formiæ quas cõdidere lacones: quas prius hormias a stationibus idest hormi bonitate appellabant. ὅρμος autem ut dicunt alii portus dicitur artificialis.

Tybris
Vaticanus collis
cecubũ
Calenũ
Cales
Calos
oenas
phalernum
uinum
formiæ
hor
mo

Chare Mecœnas eques. ut paterni
Fluminis ripæ: simul & iocosa
Redderet laudes tibi uaticani
Montis imago.
Cecubum: & prælo domitam calæno
Tu bibes uuam. mea nec falernæ
Temperent uites: nec formiani
Pocula colles

¶ ACR. Vile potabis modicis sabinũ. Metrũ saphicum endecasyllabum. Mecœnatem inuitat ad cœnam cui mediocritatem suam excusat promittẽs ei uinum sabinum nouitate uile: sed quod in amphoram græcam miserit ut inde aliqd traheret suauitatis eo tempore quo ille in theatro a populo laudabatur. ¶ Vile: aut nouum aut certe abundans minoris pcii: ut Vir. Si uero uiciamq; feres uilemq; faselũ: & uilibus aut onerat pomis aut uile uinum. propterea q̃ ipsi uile sit qui meliora potare consueuerat. Potabis modicis: ordo est care Mecœnas eques potabis uile sabinũ modicis cantaris: quod ego iple leui conditũ græca testa cũ datus est tibi plausus in theatro: ut ripe paterni flũinis simul: & iocosa imago uaticani montis redderet tibi laudes. ¶ Modicis: paruis aut modũ habentibus. ¶ Cãtharis: uasis uinariis ansas habẽtibus. ¶ Leui. apui: protuli: ut releui dolia omnia. ¶ Chare Mecœnas eques: cõstat. Mecœnatem in equestri dignitate mansisse sua uoluntate: dum ei facultas cõsulatus pateret. ¶ Vt paterni: paterni ideo qa de tuscia fuit. Mecœnas unde orit tyberis: ut Vir. Quæ tuscum tyberim: & romana palatia seruas: ná & Porsenæ dr̃ affinis fuisse. ¶ Redderet laudes: per echo. f. ¶ Vaticani. Vaticanus mons ẽ uicinus theatro in quo dicit per echo auditas uoces: ut Virg. saxa sonãt uocisque offensa resultat imago. ¶ Cæcubum: uinum campaniæ regiõis. ¶ Et prælo: prælũ dr̃ unde uuæ p̃mi cõsue uerint. ¶ Mea nec. f. t. u. i. non fruor uino illarũ ciuitatũ neq; sunt mea pocula similia. ¶ Vites: pbati uini & optimi: de quo Virgi. retica nec celsis iõ cõtẽde falernis. ¶ Nec formiani: formiæ ciuitas ẽ unde ẽ hoc deriuatum.

¶ POR. Vile potabis modicis sabinum. Mecœnatẽ ad cenam inuitat promittẽs se ei uinũ sabinum exhibiturum: quod in amphoram græcam miserat: ut inde. f. aliquid adduceret suauitatis uile pro non uetusto uidef dixisse. Alioquin sabinum uinum si uetustum sit non est uile: Modicis: uidetur modicum pro paruo positum quod quidam negant existimantes modicum a modo dictũ: & significationem hr̃e eius quod græce μέτριον dicitur. ¶ Chare Mecœnas eques. Constat Mecœnatem i equestri dignitate sua uolũtate pmansisse: cũ utiq; facultas leticlaui pateret. ¶ Vt paterni fluminis ripa. tiberis ex ethruria uenit quẽ patrem Mecœnati dicit: quia inde Mecœnas fuit oriundus. ¶ Vaticanum. aũt montem non lõge. esse theatro Pompei scimus quem relonuisse simul cum ripis plausu populi dicit. ¶ Conditũ leui dicit hoc uinũ per semetipsum inueteratũ cõdidisse. leuisse ergo se gypso utiq; uult intelligi. Huic contrarium ẽ terentianũ illud. Releui dolia atq; omnes serias: quod signat aperui & quasi regypsaui. Datus in theatro cum tibi plausus. Diximus: & supra claros: & bonæ existimationis uiros plausu populi solitos fuisse in theatro excipi: malos autem exsibillari. ¶ Tu bibes uuam: pro uino mẽtonymia τροπος. dr̃ huic contrarium. Plautus i trinũmo fecit uinum pro uua dicẽs. illud uinũ priusq̃ cõctum ẽ pẽdet putidũ. ¶ Mea nec falernæ tẽperẽt uites nec formiani colles: p q̃ signat nec falernum uinum se habere quod ei in cœna exhibeat nec formianum.

Ad mecœnatem de frugalitate sui uictus. Ode. xx.

¶ CHRI. Ostendit non uereri se ad uilia pocula Mecœnatẽ tãtũ uiri iuitare. In quo latenter ostendit id se audacter facere fretũ temperantia: & frugalitate Mecœnatis. Non enim id fecisset si hominem exquisitioris uini auidum illum nosset. Laudat p̃terea ipsum testimonio populi sibi applaudentis. ¶ Vile potabis. ordo est O mecœnas tu potabis uile sabinum quod ego conditũ græca testa leui cantaris. Vile quia nouũ nam uina uti uetustate commendantur: sic nouitate. uile sunt. Vile autem est qd parui emitur: & quia hoc ex rei copia solet

prouenire: dicimus uile etiam abundans Virg. Vilibus aut onerat pomis: & alibi. ¶ Vilemq; phaselum. ¶ Sabinum: demonstrat se in uino preciosiori exquirendo non esse sollicitum cum sit contentus eo quod in suis sabinis nascatur: & simul se ostendit gratum cum: & agri meminit ab illo dono accepti: & fructibus illius a quiescere. Dicit aũt sabinum conditum i græca testa. i. in fictili uase i quo græcũ uinum aut chium aut lesbium aut cretense ex græcia romã iportatum fuisset ut inde suauiorem iaporem odoremque sumeret. Dixit autem testa quia non nisi fictilia erant uinaria uasa apud priscos: nam hæc lignea ex pluribus: frustis facta & circulis coniuncta. Plinii temporibus: ut ipse scribit: incipiebant quidem fieri. sed non nisi alpinis hominibus adhuc nota erant. Condiderat ergo uinũ i græca testa & nũc promebat e testa in cantharis modicis ut esset quod mecœnas biberet. ¶ Modicis: modum habẽtibus idest non excedentibus modum in capacitate. ¶ Cantaris græcum uerbum est cantarus & pocũlum quod baccho tribuitur: quemadmodum sciphus herculi. Quapropter & sileno qa in bacchi tutela est cantaturum assignauit maro. Et grauis atrita pendebat cantarus ansa. Erat aũt utrinq; ansatũ: & dicebatur a cantãro quod erat genus nauigii: ut ondit Menander comicus in nauclero. ¶ Leui. p releui. i. api. i. aperiẽdo testam deprõpsi. ¶ Plausus. nã cum grati fuisset populo ludi quos ipse exhibuerat: tanto sibi clamore & strepitu applausum: est ut & propinquæ ripæ tyberis & mons uaticanus uocibus reboãret. ¶ Est autem plaudere quotiens alicui pro re bene gesta nobisque grata: non oratione sed clamore aut gestibus aut aliquo strepitu congratulamur: lætitiamq; ostendimus. Explodo aũt contrariũ rẽ q̃ nõ placuit eodẽ clamore & gestũ & strepitu damnamus. Inde explosãm sniam dicimus quæ non solũ rõnibus confutata sit uerum quoq; alacri consensu dãnata & irrisa. ¶ Chare: q mihi acceptissimus es pp̃ multa in me collata beneficia. ¶ Eques: non temere dixit nã q̃uis oia maxima illi ab octauiano oblata sint tn̄ in ordine equestri se semper continere uoluit: ut ripæ fluminis paterni. i. tyberis q̃ ex tuscia est ut tu. ¶ Redderent laudes. i. p reboatum iterãrẽt plausum in quo tu laudabãris: & imago uaticani montis. i. reboatio uocis in cõcauis uaticani cõcepta q̃ q̃dẽ ueluti imago quædã ẽ uocis p plausũ e theatro emissæ ẽt redderet tibi laudes: Vaticanus mons ẽ nõ pcul a tyberi supra molẽ adriani cõterminus ianiculo i quo diui petri basilica ẽ. Sũpsit aũt nomẽ adẽo q̃ ibi uaticinia dabat: ut pleriq; uolunt. Varro aũt scribit in eo mõte uaticanũ deum fuisse qui infantibus primã uocẽ daret quæ ẽ ua unde uagire dicunt. ¶ Iocosa: quia nobiscũ iocari uidef uox illa q̃ repcussa iterat q̃ Ecchon græci tali fabula dicũt: Fuit Eccho una ex niphis atq; dũ iuppiter cũ aliis nymphis cõcumberet i mõtibus aut in siluis interi hæc lõgo prudẽtiq; sermõe iunonẽ detinebat: ne uiri furta deprehenderet. Aiaduertit tãdẽ iuno: eiq; loqndi facultatẽ ita eripuit ut ex se nihil posset referre. Ex iis aũt quæ alii pferẽt: ultia dũtaxat pnũciare liceret amãuit hæc narcisum puerũ a quo cũ repũlsam eẽt passa: ingẽti mœrore paulatim macie cõtabuit ac demũ ossa carnibus priuata i saxũ sunt cõuersa uoce tn̄ supstite: & quæ ex saxorum cõcauitate, pueriẽs quæ prius pfari poterat nũc quoq; possit. Sed de uoce in supioribus diximus. ¶ Tu bibes optia uina apud te. apud me aũt p tua humanitate uiliora nõ aspernaberis. ¶ Cæcubũ: sic. n. a loco dr̃. Sũt. n. cætubi populi in cãpania iuxta setinos. Alii uolũt cæcubũ dictũ: qa sua uæhementia obcæcat mentes. i. ebrios reddit. ¶ Prælo: instrumẽtũ quo uuæ p̃munt. Vir. Colaq; plos fumosis eripe tectis. Calẽo: a calibus urbe nominato: sũt. n. caleni iuxta falernos & massicos. Sed & i falerno optia erãt uina: ẽ. n. hic ois tractus i quo sũt ppi quos noiaui oino fœlicissimos: nã & collia uinũ optimũ & cãpestria frugibꝰ fertilissima. Quapp sũmũ certamẽ libero pri cũ cereẽ i his locis eẽt teste Plinio dixit antiqtas. Formiani colles: & i his nõ parua auctoritas uino fuit. Sũt ãt formiæ nõ pcul fundis creditũq; ẽ ipsas oli fuisse læstrigonũ sedes: q carnibus hũanis uescebãtur. ¶ Vuã. p uino dixit. ¶ Tẽperãt. uel quia aqua miscẽt: uel qa coquẽdo & alia quædã faciẽdo reducunt uina ad suã pfectionẽ. ¶ Tẽperare. n. est recte administrare: ita ut neq; desit quicquã neq; excessus fiat.

Argumentum. ODES. XXI.

¶CHRI. Lyricus poeta lyræ applaudit:eãq; laudat:& hortat:ut cõcedat sibi aliq̃d ita canere: ut diu duratuꝝ sit:nec caret artificio:ná oñdit se oĩa parasse qbꝰ qd̃ petit facile.euenire possit:ná nisi mẽs uacua sit poetæ nisi aliq̃ pueãt ex amẽo loco uoluptas ieptus rei agẽde uidebit.Poscimus ná tibi dediti iure quodã petere uidemur.& iccirco poscimus.Ná poscere p̃m donatũ ẽ iperiose rogare:petere ẽ cũ p̃cibus:postulare ẽ iure obsecrãt ẽ p̃ sacra rogare Flagitare maioris ẽ uehemẽtiæ q̃ poscere.Expostulare ẽ cũ cõq̃rimur iniuriã apud

illũ a quo accepius:& hẽt i se rephẽsionẽ.Flagitare uidet nõ sine crepitu uerboꝝ addere conuiciũ.Cice.Quã q̃ cã postulat nõ flagittat. ¶ Vacui:ociosi & sine cura:p̃bet ergo se idoneũ mõ lyra aspiret. ¶ Sub umbra.locus ẽ poetæ accõmodatus. ¶ Lusimus:ludere est re.iocari uerbis.ludere moueri. Ter. Sinite cõgruum in aqua ludere:itẽ exercet:uñ latini dr̃t ludũ qd̃ græci gymnasiũ:& itidẽ scribere:ut hic:& Vir.Ludere q̃uellẽ calamo pmisit agresti:& alibi.Carmina q lusi pastoꝝ. ¶ In hũc.a.usq; ad finẽ huius ãni. ¶ Et plures.ergo dic carmẽ nõ morituꝝ. ¶ Barbyte.o lyra.nomẽ græcũ ẽ. ¶ Lesbio:pp alcæũ dicit q lesbius fuit:& quẽ poeta nr̃ imitatus est solũ in ea pte in qua ipse lusus amoresq; describit. Vir fuit ẽt i re militari ægregius: & q tyrãnos e patria pepulit.Et præsertim pyctatũ mithyleneũ quẽ atheniẽses uicissetãdẽ gloriati sunt. ¶ Modulate:participiũ deponẽtis passiue ,ptulit.Est.n.modulari carmẽ cũ illi modũ & numeꝝ musicũ damus. Vir.Et modulãs alterna notaui.Et carmia pastoris siculi modulabor auena.oñdit aũt poeta petitionẽ suã facilẽ cum lyra sua maius quidẽ alcæo p̃beẽ solita sit. ¶ Ferox:audax & fortis.Inter arma nã si ẽt,armis res leuiores tãtꝰ poeta admiscuit nõ dabit mihi uitio si idẽ faciã. ¶ Siue ia.re.u.li.na.siue bella gereret:siue in portu qesceret. ¶ Liberum.i. conuiuia i qbus uia:q̃ liberi dõa sũt celebrãt. ¶ Pueꝝ cupidinẽ:q nusq̃ ab eo discedebat.nã sp amabat. ¶ Lycũ.puerũ ab eo amatum. ¶ Nigris ocu.nam nigredo pupillaꝝ i oculis laudat & apud priscos ẽt in pueꝝ capillis. ¶ O decus phebi.exaltat.n.phœbus i cytara:q̃ illi rectori & moderatori reliquoꝝ luminũ pp cælestẽ harmoniã dat. ¶ Et grata.d.nõ.n.solũ hominũ sed ẽt deoꝝ cõuiuia illa exilarãt.Recte aũt dixit dapes: nã uolũt dapes deoꝝ eẽ & principiũ:epulas priuatoꝝ.Epulũ ẽt i singulari est qd̃ publice dat uniuerso populo. ¶ Testudo:qa prima i formã huiꝰ aĩalis facta ẽ. ¶ O laboꝝ dulce.qd ergo illi deest ad laudẽ & phœbo oĩum reꝝ pulcherrimo decus asserat & ioui maxio deo fit grata & laboꝝ suauis mitigatio. ¶ Cunq;: quomodocunq;.q.d. etiam si non te digno carmine uocauero. Epulũ

Argumentum. ODES.XXXIII.

¶ANT. Ode.xxxiii.albiũ Tibullũ hortat ne doleat:q̃ ab ĩmitti glicera spernit:fic.n.Veneri uisũ.Cui q dẽ placet & formas & aĩos ĩpares sub iuga mittere cũ suo ioco.Hic pulchra lycoris cyrũ adamãs ab illo spernitur:ille uero ab aspa pholoe.sibimet etiã accidisse ait idẽ:ná quũ a pulcherrĩa appeteret:potiꝰ libertiæ mirtile inhæsit.q̃ certe acerrima erat. Alioꝝ itaq; exemplo Albiũ amicæ despectũ solari cõtẽdit. ¶ Albi ne doleas plus nimio memor.Ode est dicolos tetrastrophos: est .n.metrũ tribus uersibus asclæpiadæũ q̃tus Glyconicus ẽ.de quo in ode tertia hẽt. ¶ Glyceræ.de hac iterũ in ode.xix. ¶ Elegos mise. Elegũ metrũ binis uersibus cõstat hexametro heroico subiuncto qnario. qd̃ & Diome.scribit ελεγ-ιρω & ελεγω misereor dicit ελεγοσ dicit luctus, ελεγειοσ uersus ad mœstitiam:solẽt enim elegis uersibus miserabiles hoĩum erũnæ:amorũq; labores describi. ¶ Iunior.i.adolescẽtior: ĩtelligit ãt hic eiꝰ riualis. ¶ Præniteat tibi.i.magis te niteat ac placet Glyceræ. ¶ Insignem tenui: aliorum exemplo solamen ei afferre nitit. ¶ Tenui frõte.i. pua frõte:p qd̃ puellã oũdit &magis amãdã. ¶ Iũgent cape lupis.Maro itẽ i bucolica.viii,ait:Mopso nysa dat:qd nõ ſpemus amantes? Iungent iam gryphes equis æuoq; sequenti Cũ canibus timidi uenient ad pocula damæ. Turpi adultero hinc phedra hippolito scribit. At bene successit: dignoq̃ adurimur igne Peiꝰ adulterio turpis adulter obest. ¶ Ahenea iu.i.dura & aspera ac ponderosa. Ahenea autẽ est hic quadrisyllabum pp carmen:ut ibi in li.i.me. ¶ Tertia post illas successit ahenea ,ples.& ppea iter ponẽda ẽ iter a & e litteras.h. ¶ Melior uenus.i. amica puella. ¶ Cõpede.i. amoris uinculo.rettulit ãt ad Myrtales conditionẽ:erat.n.libertina. ¶ Libertina.Quintilia.li.vii.ait Seruus quum manumittit libertinus:addictus recepta libertate est ingenuus:ad seruos nulla lex ptinet: Addictus legem habet.Sueto.uero in Claudio iquit.Ignarus tpibus Appii & deinceps aliquãdiu libertinos dictos nõ ipsos q manumitterentur: sed ingenuos ex iis procreatos. ¶ Fretis:æstibus. ¶ Hadriæ curuãtis calabros sinus:Mare tyrrhenũ quũ iam ad iapigiam usq; reclinat:atq; inde in boream uersus dilatat sese:hadriatici confestim nomen sortitur. Auctor est Diony.

¶ACR. Albi ne doleas plus nimio memor.Metrũ triꝰ uersibus asclæpiadæũ.Quartus glycõicus.Albiũ tibullũ.alloquit elegorũ poetã cõsolãs eũ exẽplo aliorꝝ & hortat ut sit fortiori aĩo i cõtẽptu quẽ idigne a glycera muliere patit:& cõmemorat lycorida.q̃ similiter a cyro cõtẽnat. ¶ Rursus cyrus.pholoẽ diligat: & ab ea spernat:sicut albiꝰ a glycera.Neu Miserabiles.seu qa ipsi elegi hoc ẽ carmẽ eiꝰ cõtemptũ miserabile sit seu qa miserabilia elegis scribãt. ¶ Læsa fide.qa pfida extiterat amatori. ¶ Tẽui.angusta & parua.sicuti pulchræ habere cõsueuerũt. ¶ Appul.i.c.l.aut qa maioris ibi formæ eẽ dicunt:aut iũgent iam Griphes equis.Sic uisum ueneri.Quotiencunq; rõ non apparet sic uisum iterponitur:ut Vir. postq̃ res asiæ priamiq; euertere gentem Immeritã uisum supis. ¶ Sub iu.æn.sub duꝝ ac difficilẽ amorẽ. ¶ Sæuo.m.c.i.sæuo: aut qa nõnunq̃ i diuersũ amorem animi diuiduntur: aut quia cupido sibi ludos de hominibus exhibet: aut certe quod in amorem

Lude

Alcæus

Diõysii musæ cũ Dionysio

Lire repertor

Elegi electro

Elegos

ahenea

Liberti nus

Addictus

adriacꝰ sinus

per iocum uenit. ¶ Ipsum me. dicit se amore amice ab uxoris cõiunctione reuocatũ: cuius ita litibus uel amaritudine uexetur: quẽadmodum calabriæ littora maris adriaci tempestatibus. Vir. Et littore curuo. ¶ Grata .d.c. compedẽ singulari numero contra uetterum posuit consuetudinem. ¶ Myrtale: nomẽ concubine. ¶ Curuantis: commouentis: uel erigentis præ nimio æstu.

¶ POR. Albine doleas. plus nimio memor immitis. Albiũ tibullũ alloqtur elegorũ poetã. Hortat ãt eum ut sit fortior aio i cõtemptu quem idignea Glycera muliere patit quã iõ immitẽ uocat. ¶ Neu: miserabiles decantes elegos proprie elegiorũ uersus aptissimi sunt fletibus: quos iõ miserabiles dixit: Nã & nomen ipm elegiorum πολυφατουΐς q̃ est uox lamentantiũ dictũ putant. Cur tibi iunior læsa præniteat fide: apud glyceram. s. pniteat: quæ fidẽ hoc faciendo læserit. ¶ Insignem tenui fronte lycorida cyri torret amor. Cyrus in asperã declinat pholoẽ. ¶ Tenui frõte: pro angusta: & pusilla posuit: frons ãt minor pulchriorẽ facit mulierem: & iõ insignem tenui fronte accipe hoc est in hac re insignẽ. Sed prius appulis iungent capreæ lupis. Hoc est prius lupi concũbent cũ capreis. ¶ Sic uisum ueneri cui placet impares formas atq; aios sub iuga ahenea sæuo mittere cũ ioco. ¶ Sub iuga mittit: sed ordo est: sic uisum ueneri cũ sæuo ioco. i. ueneri & amori sic placuit: quẽ amorẽ sæuum iocum dixit nõ in elegãti cõceptione iuga aũt ahenea duxe ac difficilẽ amorẽ uult intelligi: hoc ueneri in quit placuit: ut q̃ amant nõ cõsentiant amatoribus: sed in alios ipsi amores declinẽt. ¶ Grata detinuit cõpede Myrtale. Cõpedem gratum amorem signat. Et uidemus ne non simpliciter cõpedem hic dixerit: sed referens ad conditionem libertinæ myrtales. Attendendum aũt cõpedem singulari numero eũ dixisse: quod nõ facile apud uetteres inuenitur. ¶ Adriæ: per hoc adriacum sinum intellige quod mare: & calabriam alluit.

¶ CHRI. Hortat albiũ exẽplo alioꝝ: ut fortiori aio ferat ab amica sperni. Cũ nõ fit eo dolendũ quod triũ cõsuetudine appareat: & sibi cũ multis cõmune existat. ¶ Plus nimio memor. Nam cũ te non amat: non debes. illius meminisse. ¶ Elegos: quibus de illa q̃reris: nam elegia inuenta est: ut illo genere quærimoniæ exprimerent. Deide ẽt & res iocundiores scripserunt i elegis poetæ. Est aũt dicta elegia quasi luctosum carmen: quia ἐλεγος luctũ significat. fuit autẽ Sacadas argiũs prius q elegias ad musicos rithmos canere instituit. Horatius ergo uersibus impariter iũctis q̃rimonia primũ post ẽt iuncta est uoti ſnia compos. Quis tamẽ exiguos elegos emiserit auctor. Grãmatici certant: & adhuc sub iudice lis est. ¶ Cur iunior: q̃reris enim uñ sit q; dii illiq̃ro perfidior est tãto maiorẽ tribuãt pulchritudinem: cum contraria mereatur. ¶ Insignẽ: argumentationibus e grauioribus phiæ locis eductis ad leuissimas amatorias res ꝓbãdas utitur. s. non esse ea recusanda quæ nobis accidant cum multis cõmunia: qd' ꝓbat exemplo lycoridis: q̃ cũ pulchra sit. & uehemẽter cyrum amet tñ ab eo nõ amatur: cyrus aũt declinat in asperam pholoen. i. ꝓpensus est in amorẽ pholoes. quæ erga illum aspa ĩmitisq; sit. ¶ Tenui: angusta & parua ꝓm Acronem: qm̃ frons angusta pulchrior sit: uel potius dicamus tenui fronte. i. in qua tenuis & per lucida sit cutis Appulis: sic Virg. iungent iam gryphes equis: æuoq; sequenti Cũ canibus timidi uenient ad pocula. d. ¶ Sæuo cũ ioco: nã iocus ẽ cupidini sæuire in hões. Et simile est illi quod de mare in supioribus dixerat: Heu nimis lõge satiate ludo. ¶ Melior uenus: nobilioris mulieris amor. ¶ Grata: non quia sibi illa uices in amore reddat: sed grata idest iocunda: nam & si ab ea durius tractaret tamen nõ poterat non amare: neq; poterat nõ lætari illa seruitute compede: raro in singulari profertur. Dicimus. n. compedes qbus pedes colligant: quẽadmodũ manicas qbus colligant manus: q̃uis ẽt manicas dicamus eã partẽ uestimẽti q̃ manus tegimus: & Vir. Et tunicæ manicas habent redimicula myrtæ. ¶ Libertinæ: est hæc conditiõis distictio: ut hominũ alii liberi dicant: alii serui: & liberoꝝ rursus: alii ĩgẽui sũt: alii liberti: alii libertini: ingenui igit sunt q neq; ipsi unq̃ seruierũt: neq; eoꝝ parẽtes. Liberti aũt qui q̃nq; seruierũt: sed tandẽ liberi sunt facti. Libertini postremo nunq̃ seruierũt: sed ex iis q seruierãt sũt orti. Hæc fuit apud priscos distinctio. Sed sub cælaribus iter libertũ & libertinũ: ea erat dũtaxat dr̃ia: q̃ ẽ iter substãtiuũ: & adiectiuũ: ut dicerẽt aliquẽ eẽ libertũ. & eius cõditionẽ libertinã eẽ. Quint. in. vii. loquẽs ꝓm cõsuetudinẽ suoꝝ tpoꝝ dixit: Seruus ẽ qui cũ manumittit fit libertinus. Verũ audiamus Trãquillũ cuius hæc uerba sũt: iuita claudii. Senatũ libertino filio tribuit: sed sub cõditiõe si prius ab equite ro. adoptat. eẽt: ac si quoq; reꝑhensionẽ uerens: & appium cæcũ sui sanguinis ꝓauctore libertinoꝝ filios in senatũ allegisse docuit ignarus tpibus appi: & deinceps aliq̃diu libertinos dictos nõ q manumittterent: sed ex iis ꝓcreatos. Sed hæc apud iuriscõsultos: phi aũt teste Aristotele eẽ ẽt & liberos: & seruos a natura: nã qui ingenio: & cõsilio plurimũ ualent: corpore ãt ibecilliores sunt a natura ea rõne ꝓducti uident: ut p̃sint: & ꝓerent. Qui aũt ingenio nõ ualent at robore corpis ualent: seruia natura sunt eosq; melioribus obtẽperare decoꝝ ẽ. Si aũt ad uitã recte degendã respicimus: qcunq; nõ ꝓcedũt rõne: sed ferunt ꝑturbationẽ: hi serui: & uilissima mãcipia a sapiẽtibus habent. uñ illud est stoicoꝝ πολλους δουλους oẽs stultos seruos eẽ: & oẽs sapiẽtes liberos: sed ut ad ius ciuile redeã: erant apud antiquos addicti: q̃ spẽs eẽt seruitutis: q cũ iis nõ eẽt soluẽdo: a p̃tore creditoribus: & uinciẽdi: & domi suæ ꝓ seruis habẽdi adiudicabãtur. ¶ Curuantis: quasi erigentis. ¶ Sinus. i. fluctus: uel curuantis sinus quia littora oia curua sunt: sic sæpius Vir. littore curuo dixit: nã illud. Tũ se ad caietæ recto fert littore portũ: nõ rectum littus oñdit: sed quod breuiori sint usi nauigationis compendio.

Argumentum. ODES. XXXIIII.

¶ ANT. Ode. xxxiiii. scr. q; dũ sectaret epicureã sectã parcus: & infreq̃ns deoꝝ cultor euaserat: Nunc uero se cogi ait: relicta repetere. Deus. n. mutare potest ima summis. ĩsignẽ attenuare: obscuꝝ educere. propterea q; fortunã hũc eleuat. illum deprimere. Epicurus aũt ut Cice. scribit in li. de na. d. Ex animis hominũ extraxit radicitus religionẽ quã diis ĩmortalibus: & opem: & gratiã sustulit ita fit: ut nõ mõ homines a deis: sed ipsi dei inter se ab aliis alii negligant. Stoyci uero optime dicebant deoꝝ prouidentia mundũ administrari: & regi. Secundũ igitur stoicos poeta credit deos curare mortalia ab illisq; hominũ uitæ consuli: & prouideri: itaq; ad illorum cultum redire cogit. ¶ Parcus deorũ cultor & infreq̃ns: Ode ẽ dicolos tetrastrophos: ẽ enim similis nonæ. Est autem ordo. Ego parcus & infreq̃ns deorum cultor: dum consultus insanientis sapientiæ erro. ¶ Nunc cogor &c. ¶ Insanientis sapientiæ. i. epicureæ phiæ & sectæ. est. n. phia studium sapiẽtiæ: ut Cice. docet. li. i. tuic. ¶ Consultus: scius peritus. ¶ Diespiter: olim iuppiter dictus est: ut diei pater: ut scribit Macr. li. i. sat. Meminit & Gellius. ¶ Igni coruſco nubila diuidens. Si in nube luctetur flatus aut uapor tonitrua eduntur. Si erumpat ardens fulmina. Si longiore tractu nitatur fulgetra. iis finditur nubes: illis perrumpitur. Plinius auctor libro. ii. ¶ Per purũ tonantis. i. serenũ. Fulminum aũt plura genera tradunt: quæ sicca ueniunt non adurunt: sed dissipant. Quæ humida non urũt: sed infuscant. Tertiũ est qd clagꝝ uocãt: mirificæ: naturæ quo dolia exhauriunt ictis operimẽtis: nullo alio uestigio relicto. Aurũ & æs & argentũ liquat intus sacculis ipsis nullo mõ ambustis: ac ne cõfuso qdem figno cæræ. Martia princeps romanaꝝ icta grauida: partu exãato ipsa circa ullũ incõmodũ uixit. In catilianis ꝓdigiis. M. herẽnius sereno die fulmine ictus est. Auctor est Pli. li. ii. ¶ Per purũ tonantis. Iuue. item in saty. xiii. de impiis: & sceleratis trepidãtibus inqt. Hi sũt q trepidãt: & ad oia fulmina pallent. Quũ tonat exanimes primo quoq; murmure cœli: postea subdit. Cura grauiore timet. Proxima tempestas: uelut hæc dilata sereno. ¶ Bruta tellus: sine sensu. quãto magis igitur homines concuti debent. ¶ Styx. Stra. li. ix. de arcadia inqt apud pheneũ sane stygis aquæ stant: sic. n. uocãt lætalis aquæ stillicidiũ quã sacram hominũ facit opinio: poetæ tamẽ fabulosæ describunt inferoꝝ paludem. στυγνος autẽ tristis dicitur στυγεω uero odi. timeo. ¶ Tænari sedes. i. inferi. Tenarus. n. laconicæ promontoriũ est. Aduersum aphricæ ripa erecta est sacram neptũni ædem cõstructam continens in luco: propinquaq; spelunca est: per quã cerberꝝ ab inferis superius reductũ ab hercule fabulæ canũt. id Soli. scribit: & Stra. li. viii. scribit itẽ latius Sene. in herculæ. ¶ Athlantæus. finis in occidẽte est. Athlas mõs: de quo latius in ode. xxxi. ¶ Attenuat: pp scelera. s. ¶ Obscura promens. i. humilia eleuans ob uirturẽ. t. ¶ Hic apicẽ. Ordo est: fortuna rapax cũ acuto stridore sustulit hinc apicẽ hic gaudet posuisse. i. summos infimos reddit: & cõtra fortũa. n. imeritos auget honoribus: Fortuna inocuos cladibꝝ afficit: ut maro dixit. Apicẽ summũ honorẽ: & dignitatẽ. ¶ Acuto flebili. sonoro: luctuoso.

¶ ACR. Parcus deoꝝ cultor & ifreq̃ns. Metrũ duobꝝ uersibꝝ alchaicũ: tertius dimeter iãbicus nouenarius hypcatalecticus. Quartus pidaricus. Hac ode significat pœnitere se: q dũ epicureã sectã seq̃ret diis irreligiosus extiterit. ¶ Parcus deoꝝ cultor: minus colens. ¶ Insaniẽtis: res sacrilegas suadẽtis: epicurei. n. oia affirmãt caluta: nec deos humana curare: aduersus eua sectam uel persuasionẽ Virgilius. Nec curare deũ credis mortalia quenquã: hoc ergo & ipse culpat: Stoici. n. & platonici: & esse deũ & humana curare confirmãt: & ideo insaniẽtis sapiẽtiæ: hoc est epicureæ. itẽ Vir. secũ cũ superiorẽ suasionẽ scilicet his superis labor est: ea cura quietos sollicitat. ¶ Consultus: doctus peritus: iurisconsulti periti esse dicuntur. ¶ Vela dare: metaphora est a nauigatione: eo q; contẽpta epicureorum disputatione reuertisse ad credendum asserat deos curare mortalia. ¶ Vt. m. t. c. c. ẽ dare litea re. ¶ Diespiter: diei pater ¶ Igni coruſco. hoc est qui nubilo cœlo tonare uel corruſcare consueuit. ¶ Sereno tonet: ut est intonuere poli: & crebris micat ignibus æter. ¶ Volucremq; c. ex uulgi opinione plærunq; sensus poetæ cõcipiunt: ut hic de curribus dictũ ꝓ olympi stꝛepitu. ¶ Bruta: sine sensu tarda uel stolida qd' terræ epitheton est. ¶ Tenari: tenarius promontorium laconicæ per quod descensus esse ad inferos fertur: ut Virgilius Tænarias etiam fauces alta hostia diis. ¶ Athlantæus: athlas. n. mons est qui in ultimo oceani fine porrigitur. ¶ Valeat ima summis mutare. hoc est poterit hominum deus mutare fortunas. ¶ Obscura: ignobilia. in uiles personas ad honorẽ ducens denuo. ¶ Apicem summitatem potestatis. ¶ Rapax: mutabilis: ut Terenti. O fortuna: ut nunq̃ ex perpetuo bona. ordo est. fortuna rapax hic sustulit apicem cum acuto stridore: hinc gaudet posuisse. ¶ Acuto. luctuoso illis quos ediderit: siue sonoro: ut non acuta sic geminant corybantes æra: idest hunc eleuat: hunc deiicit mutata uice: unum exaltans alterum deponens.

¶ POR. Parcus deorum cultor. hac ode scribit se penitentiam agere: q; epicuream sectam secutus irreligiosus extiterit. ¶ Sapientiæ consultus: iterare cursus cogor relictos: non instaurare: sed ad eosdem redire. ¶ Namq; diespiter igne coruſco nubila diuidens: sensus est: iuppiter qui non nisi nubilo tonare solet. ¶ Per purum: idest per serenum tonuit. ¶ Plærumq; per purum tonantis ægit æquos uolucremq; currũq;. Ex uulgari opinione plærumq; poetæ sensus concipiunt uelut hic: ubi dicuntur: tonitrua strepitus esse currus: & quadrigarum iouis. ¶ Bruta tellus. Bruti graues: & tardi dicuntur quod terræ perpetuum est. ¶ Tenari: sedes inferri intelligendum: quia per tenarum laconiæ promontorium descensus ad inferos fertur. ¶ Valet ima summis mutare: ut si diceret potest ex minimo potentem: ex potente infimum reddere. ¶ Hinc apicem rapax fortuna cum stridore acuto abstulit. ¶ Cum stridore acuto. hoc est cum fletibus: & lamentatione: sed non sua: Verum eorum quibus apicem: idest dignitatem aufert. ¶ Hinc apicem rapax fortuna posuisse gaudet. ¶ Apicem: pro honoris sublimitate posuit. Sensus est autem fortuna res humanas

epicurꝝ religio

¶ Ode. xxxiiii. tricolos tetrastrophos de dei potentia & fortunæ.

PArcus deoꝝ cultor. & ifreq̃ns
Insanientis dum sapientiæ
Cõsultus erro, nũc retrosum

Vela dare: atq; iterare cursus
Cogor relictos. nanq; diespiter
Igni coruſco nubila diuidens
Pærunq; per purum tonantis
Aegit equos: uolucremq; currum
Quo bruta tellus & uaga flumina
Quo styx & inuisi horrida tænari
Sedes athlantæusq; finis
Concutitur: ualet ima summis
Mutare. & insignem attenuat deus
Obscura promens: hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit, hic posuisse gaudet.

phia
Diespiter
tõitrua
Fulmia
fulgetra
Fulmiꝝ num genera
Martia
Fulmia ta
.M. herẽnius
styx
stygnos
stygeo
Tænarꝝ

plerũq; mutat:& ab alio ad alium opes:& dignitatem transfert.¶ Et insignẽ:attenuat deus obscura promẽs; idest qui insignis fuerit attenuatur claritate mali:quæ adeo producit ad fortunã quæ Antii præcipue colitur.

¶CHRI. Fuerat,qd & a principio oñdimus:& plurimæ eius ode attestant:epicureæ sectæ astipulator nr̃ poeta:Nũc iã grauiori ætate saniori consilio istructus p q̃dã palinodiã cãtata recantat: & sectã ipã reliquit.¶ Parcus:auarus est in hoc loco:qa nõ tantũ colebã q̃ num sat esset:alias uirtus est parcitas. Est.n. parsimonia fin phos qua cauemus ne qd̃ dispendiũ ultra modũ fiat:& res familiaris quo ad fieri põt sine cuiusquã iniuria cõseruet.¶ Et infreqns.i.nõ freqns:hoc.n.erat epicureor. Nã cũ putarẽt deos humana non curare neq; irasci hoibus aliquo scelere:neq; moueri ulla uirtute:uolebãt ipsos pp has res nõ eẽ colẽdos. Sed pp eor excellentiã:idq; nõ nisi paruo raroq; sacrificio. Qd̃ autẽ dii humana nõ curẽt secũdũ epicureos huiusce modi uersibus oñdit Lucre. Ois.n.per se diuũ natura necesse est. Immortali æuo sũma cũ pace fruat. Semota a nr̃is rebus seiũctaq; sõge. Nã priuata dolore priuata periculis. Ipsa suis pollens opibus nihil indiga nr̃is. Nec bñ promeritis capit nec tangit ira. Ergo poeta dũ epicureus effectus deos humana curare nõ crederet:& parce:& raro sacrificabat.¶ Cõsultus doctus:posuit.n.cõseqns p antecedẽti:q.n.docti sũt cõsulunt: hinc iurisconsultos appellamus.¶ Insanientis sapiæ:at q nulla spia insaniens est:sed sapiam dixit ex opinione epicureor qui suũ dogma spiam appellant. Dicebat.n.epicurus se esse sapientẽ:q duobus maximis malis mortale genus liberauerat:metu mortis cõponeret aios mortales:& metu deor cum oñderet deos hũana nõ curare. Hãc ergo putabat ille sapiam q̃ profecto stultissima res est. Retrorsum uela dare: translatio a nauis:q cũ aberrauerint retro nauigant.¶ Iterare cursus:nõ q; p eundẽ cursum reuertant. Sed iterare cursum ẽ cursum:& nauigationem rursus instituere.¶ Diespiter: Iuppiter diei pater:q & in sereno:& in nubilo cœlo tonare consueuerit. Snia est summo aliã nauigationẽ a priori:& credo deos minime negligere humana: sed curare cũ uideam iouem per serenũ tonare:& mutare ima sumis.¶ Igni corrusco.i.fulmine.¶ Diuidẽs:quia disrumpũt nubes in fulmine.¶ Egit equos tonãtes per aera:loquit ex opinione uulgari:q credunt iouem cũ tonat eqs cœlum percurrere.¶ Purũ.serenũ:nã q; tonet nõ mirũ est:sed q; tonet in serenitate. Vnde in libris augur hoc p mõstro notabat.¶ Quo ioue:& p hæc oñdit oia ex arbitrio dei administrari.¶ Bruta.imobilis:nã a q̃ a luna:aer a qnq; stellis: ignis a sole mouet.¶ Terra imobilis manet:qa cũ durissima sit nõ põt cõmoueri inflexiõe stellar.¶ Styx: palus inferna. Vir. Alligat:& nouies styx interfusa coercet.¶ Sedes tenari:idest ifernus. Tenarus tamẽ pmontoriũ est lacõicæ regiõis iuxta maleũ sinũ: cuius in radicibus hiatus antraq; sunt p q̃ putãt ad iferos eẽ ingressum. Vnde p iferno ponit.¶ Athlãticus sin.de quo iã dictũ ẽ.¶ Valet.s. deus mutare ima sũmis.i.extollere eos q depssi sũt.¶ Attẽuat: idest ad minimã facultatẽ redigit.¶ Insignis:excellentes: in sũma erigit ifimos:ac summos deprimit.¶ Hic.ab isto deo.¶ Fortuna rapax.i.fortuna quæ sua temeritate oia rapit.¶ Apicẽ uerticẽ.q.d.nos oia imputamus fortunæ:tanq̃ casu:& fortuna cuncta proueniant. Sed quicquid potest fortuna adeo potest: cuius nutu cuncta regunt. Stridore acuto:quasi luctuoso. Nam qui suam fortunam iamẽtãt:nõ uocem sed stridorem acutum emittunt. Hic ab eodem ione¶ Gauder:quia lætari putatur fortuna calamitatibus hominum.¶ Posuisse:pro deposuisse.

Argumentum. ODES.XXXV.

¶ANT. Ode.xxxv.fortunæ potentiã scribit. illãq; a cũctis timeri ostendit. Augustum deinde cælarem in britannos euntem eidem commendat: orat enim ut illum cum toto exercitu seruet deuictis hostibus.¶ O diua gratum quæ regis Antium. Ode est tricolos tetrastrophos:est.n.similis nonæ.¶ Antiũ gratũ. Erat Antiũ maritima latinor urbs:nunc dirura penitus. Distant autẽ eius uestigia octo stadiis a neptuno oppido:quod & nos uidimus: erat ibi portus mirãdus quidem. Nam aggere cinctus in ipso adhuc mari conspicitur. Strabo autem scribit libro.v. Tẽ pestate sua in ea urbe magnificas fuisse ædes ædificaras: principes enim illic sæpius ocio uacabant. Erat ibidem: & fortunæ templũ quod & flaccus ipse hoc in loco ostendit.¶ Præsens parata potens. Vnde. Salustius ait in Catilinario. Sed profecto fortuna in omni re dominatur. Seneca uero Epistola nonagesima nona ait ita. Errant enim qui aut boni aliquid nobis:aut mali iudicãt. tribuere fortunam. Valentior enim omni fortuna animus est. & in utranq; partem ipse res suas ducet. Beataq; ac miserae uitæ sibi cã est. At nalo.li.ult.tristiũ inquit. Rara quidẽ

antium

fortuna animus

¶Ode. xxxv. tricolos tetrastrophos de fortunæ potentia.

Diua gratum quæ regis antium
Præsens uel imo tollẽ de gradu
Mortale corpus. uel superbos
Vertere funeribus triumphos.
Te pauper ambit sollicita prece
Ruris colonis. te dominam æquoris
Quicunq; bithyna lacessit
Carpathium pelagus carina.
Te dacus asper. te profugi scytæ
Vrbesq; gentesq; & latium ferox.
Regumq; matres barbarorum. &
Purpurei metuunt tyranni.
Iniurioso ne pede proruas

Stãtẽ columnã. ne populus frequẽs
Ad arma cessantes ad arma
Concitet. imperiumq; frangat:
Te semper anteit saeua necessitas
Clauos trabales & cuneos manu
Gestans ahena nec seuerus
Vncus abest. liquidumue plumbum
Te spes:& albo rara fides colit
Velata pãno. nec comitem abnegat
Vtcunq; mutata potentes
Veste domos inimica linquis
At uulgus ifidũ. & meretrix retro
Periura cedit diffugiunt cadis
Cum fece siccatis amici
Ferre iugum pariter dolosi.
Serues itur; cælarem in ultimos
Orbis britannos. & iuuenum recens
Examen eois timendum
Partibus oceanoq; rubro
Eheu cicatricum. & sceleris pudet
Fratrumq; quid nos dura refugimus
Aetas? quid intactum nefasti
Liquimus? unde manum iuuentus
Metu deorum continuit quibus
Pepercit aris. o utinam noua
Incude diffingas retusum in
Massagetas arabasq; ferrum

est uirtus quã nõ fortũa:gubernat.¶ Quæ maneat stabili: quũ fugit illa pede. De fortuna denuo multa iam diximus in fine satyræ.x. Iuue. Tollere:ad honorẽ & diuitias. Vñ Iuue. inquit Si fortuna uolet fies de rhetore cõsul. Si uolet hæc eadem fies de cõsule rhetor. Et hircius lib.iiii.de bel.alex.ait. Fortuna plerũq; eos quos plurimis bñficiis ornauit:ad durioré casum reseruat. Ambit circũuenit orat.¶ Bithyna:caria. Bithyni sunt. asiæ ppli iuxta phryges:& mysios: ut Stra.ait li.xii.¶ Lacessit: instigat. p uocat:freqnter lacerat nauigãdo.¶ Carpathium pelagus ẽ:Carpathos insula excelsa a q̃ pelago quoq; nomẽ inditũ est: ut scribit. Stra.li.xi.de Sporadibꝰ. Pli.aut lib.v.scribit Carpatũ unã eẽ de insulis rhodior.¶ Dacus asp. Diuidunt Daci a germãis Danubio:ut scribit Tacitus:de eisdẽ uero latius Stra.lib.vii.¶ Profugi scythæ.i.parthi.nã ii fuerũt scythar exules: qd̃ ẽt iporum uocabulo manifestatur:scythico.n.sermone Exules parthi dñr. auctor ẽ Iusti.li.xli.Latiũ ferox. Vñ anchisæ umbra dormienti æneæ in sicilia lib.v.æneï.ait. Gens dura atq; aspera cultu Debellãda tibi latio est Plini.autẽ li.iii.scribit q; latiũ antiquũ a tyberis Circeos usq; seruatũ ẽ miliũ passuũ.l. lõgitudĩe tã tenues primordio iperii fuere radices: postea latii nomẽ pcessit ad lyrim amnẽ:q Mynturnas diuidit. Sinuessa autẽ extrema urbs ẽ in adiecto latio.¶ Purpurei:purpurati.¶ Stantẽ colũnam: metaphora est intelligit.n.regni robur.¶ Cuius p̃sidia: ut inqt Salusti.nõ exercitus neq; thesauri sunt:uer amici. Populus frequẽs stipatus & collectus.¶ Cessantes:desides & nihil agẽtes. Concitet:ut Iunius Brutus ægit cõtra tarquinios:ut itẽ.M.Brutus contra Iuliũ Cæsarẽ.¶ Anteit: nũc dissyllabũ ẽ.¶ Seua necessitas.i. dura:uult autem poeta fortunam in omnibus dominari: unde quæ ipsa uoluerit necessario fiunt. Acron legit serua necessitas: tamen & sæua:& serua hic conuenit:melius autẽ sæua intelligit .n.poeta fati necessitatem:cui fortuna subiacet hinc ait manilius astronomꝰ. Hoc nisi fata darẽt nũq̃ fortũa tulisses.¶ Trabales: ingentes & longos uti trabes:hæc autem omnia tormentorũ genera erant.¶ Cuneos: intellgit ferrea frustula quibus constringũtur Cõpedes & manicæ.¶ Manu ahenea.i.dura & firma. Ahenea autem trisyllabum est.nea enim unius est syllabæ hoc in loco:potest & ahena legi.¶ Vncus:curuũ ferrum: quo rei & infœlices trahebantur. Vnde Iuuena.sat.x.ait. Seianus ducitur unco spectandus.¶ Liquidumq; plumbum. Nocentes enim liquæfacto plumbo quandoq; plectebantur.¶ Fides albo uelata panno fides est firma opinio:ut docet Cice.in partitionibus. Et seneca epistola.lxxxix.inquit. Fides sanctissimũ humani pectoris bonum ẽ nulla necessitate ad fallẽdũ cogit nullo corrũpitur p̃mio.¶ Vre: inquit:occide nõ prodam. Liuius ptereа li.i.scribit:Numã pompilium fidei solemne instituisse: ad quod sacrarium flamines bigis curru arcuato uehi iussit Manuq; ad digitos usq; inuoluta rem diuinam facere: significantes fidem tutandam:sedemq; eius etiam in dextris sacratam esse.¶ Nec comitem abnegat: dicit enĩ Ouid. li.ii.de Ponto. Et cũ fortuna statq; cadit q; fides.¶ At uulgus ifidũ. ostendit supius fidẽ sequi fortunã quocũq; mutata ierit. Vulgus aut.& meretrix:& infidi amici mutatã fortunã diffugiunt. Vnde Ouidius inquit libro. ii.de Ponto. Turpe quidem dictu: sed si modo uera fatemur Vulgus amicitias utilitate probat. Et libro primo tristium. Doneceris fœlix multos numerabis amicos. Tempora si fuerint:nubila solus eris. Item eodem in libro inquit. Horrea formicæ tendunt:ad inania nunq̃ ibit ad amissas nullus amicus opes. Vtq; comes radios per solis euntibus umbra est. Quum latet hic pressus nubibus illa fugit. Mobile sic sequitur fortunæ lumina uulgus. Quæ simul inductanube teguntur:abit.¶ Cadis:uasis quibus uina conduntur Virgilius. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat acestes.¶ Serues iterum:lõgum est hyperbaton:tendit enim illuc usque. o diua gratum quæ regis antium serues.& cætera.¶ Examen:militum agmen. Metaphora enim est ab apibus: quarum filii relinquentes alueos examen colligunt:& alio se recipiunt.¶ Eois:timendum partibus: orientãlibus populis:ut medis: parthis:persis:arabibus:indis.¶ Oceanoque rubro: Ex mari eoo unde sol oritur qd̃ indicum uocant quod rubrum mare siue æthiopicum appellant:ad austrum uersus effunditur: ex ea maxime parte qua uasta quædam solitudo:& inhabitabilis terræ plaga conspicitur:ardentibus semper caleribus exusta. Auctor ẽ Diony. Pli.q̃ li.vi.c.xxvii.ait q; persæ rubrum mare semp accoluere pp qd̃ is sinus persicus uocat:Soli.ãt.c.xlvii.scribit Rubr mare in duos sinus scindi. Quor q ab oriente ẽ pscus appellat: quẽ qdẽ habitauere persidis populi. Ex aduerso uero uñ arabia:ẽ alter arabicus uocatur.¶ Heu Cicatricum: Detestatur poeta bella ciuilia:quibus quidem omne nefas commiserant: spreto deorum metu: suorumque pietata charitateq; patriæ quæ omnibus maxima esse debet:quod & Cicero meminit.¶ Cicatricum quas.s. bella ciuilia dederant. Cicatrix autem dicitur liuor: & obductio uulneris:sic dicta q; occæcet uulnus.¶ Sceleris: quod

fortuna Bithyni Carpathos carpathium mare daci parthi Latium duplex

parthi

Myn turnæ sinuessa amici

Fides

Amicis tia uulgi

Rubrũ mare persæ

in patriã romani milites ægerant. ¶ Fratrũq: scribit enim apianus libr. ii. sub Cæsare & pompeio militasse in
Aetatis iiii. Pharsalia ad simile bellorum facinus qui eiusdẽ essent ciuitatis ciues simul cognati amiciq: nõnulli fratres.
¶ Quid refugimus. q.d. nihil. Nos appositio dura ætas. i. ferrea. ait. n. Oui. li. i. met. Aurea prima sata est ætas:
postea inquit Subiitq: argentea proles Auro deterior fuluo ꝓciosior ære. Tertia post illas successit ahenea pro
les. Seuior ingeniis: & ad horrida promptior arma. Non scelerata tamẽ de duro ẽ ultia ferro. Protius irrupit
uenæ peioris in æuũ. Omne nefas fugere pudor: uerũq; fidesq;. In quorũ subiere locum fraudesq; doliq;. Insi
diæq;: & uis: & amor sceleratus hũdi Viuitur ex rapto: nõ hospes ab hospite tutus. Non socer a genero: fratr
quoq; gratia rara est uicta iacet pietas &c. ¶ Intactũ: itentatũ. ¶ Ne fasti nefarii scelerati. Vnde: a quo loco uel
a quo homine. q.d. a nullo. ¶ O utinã. optat Hora. fortunã noua incude reficere in massagetas & arabas ferrũ
bellis ciuilibus retusum. ¶ Difingas reficias reformes tu fortũa. ¶ Retusum repercussum & hebetatũ. ¶ Mas-
Massagetæ sagetas: Massagetæ populi sunt in scythia ad oriẽtem uersus trans araxem quoꝝ studium est: ut continuo sa
gittandi casu conterantur infestissimi admodum hospitibus neq; cum uicinis populis ullam seruare diutius
amicitiam: neq; fidem possunt: frumenti ac uini usum prorsus ignorant bibunt enim lac cum equorũ admix
tum sanguine: ut Dionysius scribit. Meminit item multa Herodotus libro. iii. Et Strabo libro. xi.

CACR. O diua gratũ q̃ regis antiũ. Metrũ duobus uersibus alcaicũ. tertius dimeter nouenarius iambicus
hypercatalecticus quartus pindaricus: hæc ode ad fortunã scripta est cui cæsaris aduersum britannos profe
ctionem cõmendat. ¶ O diua. g. zeugma ab inferiori: serues itur Cæsaré. Antiũ apud antiũ aũt ẽ fortunæ tẽ
plũ famosissimũ multoꝝ ẽt principũ donis ornatũ: unũ ẽt ciuitas fortũæ ipsius tutela dicta ẽ. ¶ Præsens: para
ta potens mutare status hominũ. ¶ Vertere. conuertere mutare: ut Multos mutata reuisens lusit: & insolido
rursus fortuna locauit. ¶ Ambit: rogat. supplicat. ¶ Te dñam æquoris: fortunã. n. & æquori dñatur ita ut a na
uigantibus inuocẽt. ¶ Bithyna: spes pro genere ut Innatat alnus missa pado. ¶ Carpathiũ. p. carpathiũ mare
inter ægyptũ & rhodũ ab insula carpatho illic posita. ¶ Dacus asper. gens iuxta histrũ fluuiũ degens aspa bel
lis. Vir. Et coniurato. d. d. ab. h. ¶ Profugi scythæ. ab orbe sepositi: & immũ di extrema pte cõstituti. ¶ Ferox ui
ctoriosum. Vir. Gens. d. atq; a. c. d. tibi latio ẽ. ¶ Regũq;. m. in oibus subaudiendũ est metuũt uel metuit iux
ta mensurã quãtitatis. ¶ Matres. proprie timere filiis matrũ est. ¶ Purpurei: purpureũ ẽ quod totũ ex purpu
ra est. ¶ Iniurioso. iniusto: ut ubi eũ turni iniuria matre. Põt aũt fortuna & contra iustitiã grassari. Ter. Id laudi
ducis qd' tu nũc fecisti inopia: iniuriũ ẽ. ¶ Imperiũq; frãgat: aut quia imperiũ semp fragile putat: aut quia ma
gnæ res deteriorate & fracte dicunt: ut Virg. Fractæ uires & alibi. Fracti bello. f. q. r. d. ¶ Te semp anteit: serua
n. præcedit quasi necessitas comes & ministra fortunæ ideo serua qa aut imperio fortunæ obediat aut quia nõ
suæ potestatis est quia subiacet necessitati: nõ ergo ipsa serua sed quæ seruire cõpellit. ¶ Trabales clauos: spe
cies tormentorum. ¶ Ahena: forti aut herea puppis. Seuerus uncus quo puniebant dãnati ut Iuue. Seianus du
cit unco. & Cicero uncus ꝓactus fugitiuo illi q. C. Marii nomẽ inuaserat. ¶ Liquidũq; plũbum. Nã de resolu
to plũbo rei puniri cõsueuerũt. ¶ Tempes: quæ sola ꝓcrãdo meliora durat. Vir. Spem uultu simulat ꝓmit altũ
corde dolorẽ. Rara fides: q̃ a paucis colit. ¶ Vellata pãno: posset uideri uili uerbo usus pãno nisi hoc sermo
ne intelligi uoluisset a pauperibus magis coli fidem: aut certe quia albo panno caput uelabãt fidei sacrifican
tes siue pp ipsam fidẽ: q̃ pura ẽ & alba uel q̃ a senibus ẽt maturius colat: ut Virgi. Canã fides &. u. r. c. f. q. seu
quia honesti dum fidẽ colunt pauperes sunt & q̃ est odiosa ꝓfidiæ: ut Iuue. Criminibus debẽt ortos prætoria.
Nec comitẽ abscedẽs enim fortuna ẽt fidem secum aufert: ut Iuue. Quantũ quisq; sua numoꝝ seruat in ar
ca: Tantum habet & fidei: ordo est: nec ab negat comitem utcũq; inimica liquis potentes domos mutata ueste.
¶ Vtcũq; quotiẽscũq; mutata ueste: aut luctu aut paupertate. ¶ At uulgus infidum. uulgus & meretrix fortunã
tristem amicorum non sequũt: ut prosperam. quod ideo dicit quia fortunæ euentũ subire se plerũq; homi
nes uulgares negãt Iuue. Sed quid turba tremens sequit fortunam: ut semper & odit damnatos. ¶ Diffugiũt
c. cum. f. f. a. per allegoriam ostendit eos q̃ nolunt amicorum necessitati coniugi ut omnes me noti atq; amici
deserũt. Serues itur per hiperbaton sensui superiori respondit o diua gratum quæ regis antiũ. Et iuuenum
recens examen collectũ omnibus enim militibus per ciuilia bella consumptis ab augusto nouus fuerat col
lectus exercitus quem bene examen uocauit. Eo iis timendum partibus oceanoq; rubro utriq; orbi metuen
dum dixit exercitum: nam in eoo orientem posuit in oceano rubro occidentẽ. ut Virgili. Et duo rapta manu
diuerso ex hoste trophea. Bisq; triumphatas utroq; a littore gentes. ¶ Heu cicatricum: sic enim bellorum ci
uilium pudendæ cicatrices sunt quemadmodum gloriose in bellis externis. ¶ Fratrumq;. quos in bello ciui
li uulnerauimus: ut ille locus fratres habuit. ¶ Dura: aspa infœliciter nata aut dura sine misericordia. ¶ Ne
fasti nefarii: Vnde manum. i. non solum a parentum cæde sed nec a numinum uiolatione temperatum est. ut
Lucanus. Numina miscebunt castrensis flamma moneræ. ¶ Quibus pepercitaris hoc est quæ non spoliauit
tẽpla deoꝝ: aut polluit cæde. ut Luca. Stat cruor. in templis. ¶ O utinam noua incude. d. utinã noua incude no
ua instaurent tæla iustis hostibus expetenda: nec ciuilis sanguinis polluta piaculo: quæ uictoriã mereantur &
nomine careant infœlicitatis: ut est ipsoꝝ clypeos: & non fœliciatæla. ¶ Diffingas: confusum reformes: nam &
sicut fingere formare dicitur: sic & diffingere est quassatũ reformare. ¶ Retusum: ciuilibus bellis hebetatũ.

CPOR. O diua gratum quæ regis antiũ: hæc ode ad fortunam potentũ scripta est: cui cæsaris profectionẽ
commendat. ¶ Gratum quæ regis antium: hoc ideo quia antii fortuna potentissimi numinis habetur adeo
ut multis præciosissimisq; donis: & priuatorum imperatorum templum ibi eius refertum sit. ¶ Præsens uel
imo tollere de gradu. præsens ita dictum: ut præsentia dicuntur numina deorum: quæ se potentiamq; suam
manifeste ostẽdunt. ¶ Vertere funeribus triumphos: uertere pro eo quod est conuertere: & mutare positum
est. ¶ Te. d. æ. hoc autem recte dicitur quoniã fortuna: & semp & ubiq; metuenda est. ¶ Quicunq;. b. l. c. C. Bi
thyna ait ut solent poetæ speciem pro genere ponere qualia sunt illa Virg. Leuis innatat alnus missa pado: pro

quolibet flumine: & illã ducit amor trans gargara transq; sonantem Ascanium pro quolibet monte. ¶ Profu
gi scythæ: mãifestum ẽ cũ profugos dixerit ꝓ. f. fugiẽdo ꝓliarẽtur. ¶ Et purpurei: me. ty. pro purpurati: pur
pureum aliud est si proprietatem attendas: nam sic dẽ purpureum: ut lapideũ igneũ: hoc est ꝓ purpura tan
tum constat. ¶ Stantẽ co. pro incolumitatẽ: dignitatis: & totius domus stellige. ¶ Ne. p. f. a. a. c. a. a. c. bene tumul
tum uulgarem expsit repetendo. ¶ Te. f. a. f. Nec. n. est sue ptãtis qui necessitati subiectus ẽ. ¶ Clauos. t. et. c. m.
Eleganti cõceptione hæc instrumenta fortune accõmodat. f. quibus torquet & cogit implicatq; res humanas.
¶ Te. f. & a. r. f. bono epithero raram fidem appellat: quia a paucis colitur. ¶ Et albo autem. r. f. c. u. p. posset ui
deri sordide dixisse pãno. nisi uellet hac conceptione intelligi a pauperibus magis coli fidem. Albo autẽ dixit
pp honestatẽ fidelitatis. Aut nunq̃d albo panno fides uelata dicit ꝓ q fidẽ colũt honesti habeant. sed paupe
res fiant quoniã acq̃sitio magis perfidia prouenit. ¶ Nec. c. a. utcũq;. m. p. u. d. i. l. Non spernit te inq̃t o fortuna
fides cũ linquis portentiorũ limina uel cũ relinquis diuites per hoc aũt uidetur significare eos qui ex dignita
te honoris aut diuitiarum ceciderint. nec fidem apud eos remanere. i. fidem quoq; amittere: & hoc quoq; du
pliciter intellige: ut fides illis nec habeatur nec seruetur. ¶ At uulgus. i. & m. p. c. Diffugiũt tradis cũ fece ficca
tis amici hæc elegãter dicunt: quia fortune euentum subire cum amico uulgares homines nolunt. ¶ Ferre. i.
p. d. & αλληγορικως ostendit necessitati amicoꝝ nolle cõiunctos esse. ¶ Serues iturum. C. i. u. o. b. Cæsarẽ augu
stum dicit hic: initiũ huius coniungẽdum. Sic. n. o diua gratũ quæ regis antiũ. Serues iturꝝ Cæsarẽ iuuenem.
¶ Examen. ab apibus factũ pro multitudine militũ posuit. ¶ Timendũ: cuius exercitus timetur & in occasu: &
oriente. Oceano rubro: hoc est rubro mari: quod est in oriente. ¶ Heu cicatricũ. & i. p. huius. f. iceleris qd' bel
lo ciuili in nos admisimus. ¶ Quid nos. d. r. æ. suauiter figurauit nos ætas. ¶ Quid i tactũ. n. i. Nefastos ꝓ ne
fariis posuit. ¶ O utinam noua ineũ de diffingas recusum in massagetas arabasq; ferrũ. ὑμφιβολον. Non. n. re
tusum in massagetas accipiendum: sed in massagetas diffingas sensus enim ut ferrũ ꝓ retudimus in corpori
bus nostrorum bello ciuili diffingas. i. refabrices aduersus barbaros Massagetæ autem gens thraciæ.

CCHRI. Cõtraria superiori uidet quã nunc scribit ode. In illa. n. oia fortunæ ademerat & diuine prouiden
tiæ attribuerat. In hac tanq̃ illi reconciliatus sit oia reddit. Itaq; uel reddit ad eos q in fortunæ casibus omnia
ponũt. Vel fortunã appellat ea quoꝝ cãm ignoramus. Sed de fortuna non grãmatice sed philosophice i sequẽ
tibus tractabius ubi res ipsa nõ solũ postulare sed flagitare uidebit. ¶ Antiũ: urbs latii ubi religiosissime for
tuna colebatur. Habebatq; templũ multoꝝ principũ donis nobilitatũ. ¶ Presens: prompta: & parata. Nõnũq̃
fauens Vir. Nec tam ꝓsentis alibi cognoscere diuos. Quãdoq; ineuitabile: nam quæ iã uenere & ꝓsentia sunt:
euitari nequeunt. Vir. Præsentẽq; uiris intentãt oia mortẽ. ¶ Vel. pro ẽt. q. d. non solũ quædam minora potes:
sed hoc quod maximũ est. ¶ Tollere. in altũ efferre. Vir. Mulcereq; dedit fluctus & tollere uento. Alias remo
uere: idem. Tollite cũcta inquit. Item nutrire. Terẽ. Nam qcquid peperisset decreuerũt tollere. Mortale cor
pus. q. d. humuncionẽ in quo nulla mẽtis animiq; uirtus apparet: qua cõmendari extolliq; possit. Sunt. n. qui
dam: ita excellẽtes ut sine difficultate fortũa extollere possit. Sed ii q̃ præter effigiẽ corporis nullũ hominis
uestigium retinent: magnum negociũ exhibent fortunæ. Non. n. illã ducentẽ sequunt: sed ita sua mole oppsi
iacent: ut & subuectãdi & suis humeris a fortuna portandi sint. ¶ Superbos triumphos: idest magna imperia
nobilissimis uictoriis & summa uirtute parta. Mira ergo potẽtia si & eos i qbus nulla uirtus est ad summum
gradũ subuehit: & eos q suis ꝓlaris uirtutibus iã summa imperia tenebãt deiicit. ¶ Funeribus cedibus. ut sit
cõsequens ꝓ antecedẽti. ¶ Ambit: annixius rogat. Ambire. n. circuire est: sed qa cũ rogamus ipsos hoies circui
re solemus: iccirco dicimus ãbire rogare: hinc ambitio & ambitus q excessus est: Nã in honoribus magistrati
busq; petendis si modus acmediocritas seruet uirtus est. Sin aũt modus excedit cum aut maiora petimus q̃
decet aut nõ quẽadmodum decet: uitiũ est & ambitio uocatur. Sed tamẽ & apud Varronẽ: & apud alios nõ
nunq̃ ambitio pro uirtute ipsa ponit. Erat apud romanos lex ambitus q in eos animaduertebat q in petendis
magistratibus aut largitione aut alia rõne suffragatores corrũpere tentabant. ¶ Pauper. oẽdit Salustianũ illud
fortunã in omni re dominari: & in omni cõditione. ¶ Bithyna: spes est pro genere. Bithynia aũt proxima ẽ pon
to. uel ut Eusebio placet ea est quæ pontus olim dicta fuit. ¶ Carpathiũ. mare dictũ a carpatho insula egypto
propinqua in qua protheus regnauit: qui ẽt deinde egypti rex est factus. ¶ Lacessit ꝓuocat. Nam uidet irrita
re i sete pestates: qui periculis maarinis exponitur. ¶ Daci. histro finitimi sunt populi asperrimi: & bello sæ
ui: hinc illud. Et cõiuratus discedit dacus ab histro. ¶ Ferox. forte & robustũ Vir. Gẽs aspera cultu de belláda
tibi latio ẽ. ¶ Purpurei. i. purpurati: purpureũ. n. dicius qd totũ sit ex purpura: purpuratũ uero purpura orna
tũ. Purpura ãt in exercitu duces tãtũ utebant: secũdũ quosdã: unde iuba rex mauritanus cum pompeianis co
piis quibus scipio præerat iunctus esset ea superba fuit: ut auderet interdicere purpura scipioni affirmans sa
tis esse in exercitu si rex purpura uteretur tamẽ & purpuratos legimus eos qui apud principes dignitate ante
irent. ¶ Stantem co. ipm principem qui ẽt tanq̃ columna. Est. n. is quo sustentat populus: ut colũna ædificium
sustentat. Quapp & reges græce βασιλεῖς dicuntur. qm̃ sint baſys & fundamentũ populi. ¶ Ne populus. fre
quẽs cõstipatus odio principis Concitet cessantes. i. eos q imperũ nõ faciunt. ¶ Ad ar. ad ar. congeminauit: ut
exprimeret morẽ concitati populi: q sepius hoc nomẽ iterat. sic Vir. Arma uiri ferte arma. ¶ Frangat: aut quia
imperiũ semp fragile sit uel quia magne res deteriorate fractæ dicunt. Virgi. Fracti bello fatisq; repulsi. Sæ
ua. crudelis. ¶ Necessitas. q. d. qd' placuit fortunæ id in euitabile: & necessariũ est: ut necessitas fortunæ subie
cta dici possit. ¶ Clauos. snia est qd oẽs cruciatus fortuna secũ trahat. ¶ Trabes. gẽus tormẽtoꝝ credo esse pe
dicas ligneas q̃ trabis instar fiunt. ¶ Cuneos: cunei ꝓprie instrumẽta sunt quoꝝ primæ ptes acutiores sunt: ut
quãuis rimulã facile intrent sequentes aũt latiores & ampliores: ut quod acies illa penetrare cœpit hæ pẽitus
diuidãt. Vir. in ge. Cuneis findebãt fixile lignũ: sed & in exercitu speciẽ aciei ad eã similitudinẽ instructam ut
hostiũ ordinẽ disrũpat cuneũ appellãt dnt ẽt in Theatris cuneos loca in qbus plebs spectat. sed & cõstipatam

¶POR. Motum ex Me. cōmi. ci. Hæc ode ad asiniũ pollionē cōsularē uirũ & triumphalem scripta est. qua hortat eũ ut omisso tragœdiarum scribēdarum studio; inchoatum historiæ opus cōsumet. Ac pinde βιβλιοθήκαι. i. in trāslatione belloꝝ ciuilium pollio historiam belli ciuilis a cōsulatu lentuli & mamerti cœptis altius repetit. i. a metello celere & a. L. Afranio consulibus. Attende aūt nō ciuile sed ciuicũ dixisse anti; qua figura: illi. n. ciuica hostica deinde ciuilia & hostilia dicebant. Denominationes aūt hæ fere liberæ sunt apud doctos: & motũ ꝑ bello posuit. ¶ Ludũq; fortunæ: hoc est q̃ res humanas ludibrio hēt ¶ Et ar. nō ex. i. loti cruores sint: ergo intelligi uult pene adhuc in manibus esse arma ciuilia. solent autem ungi arma cũ post bellũ trāsactum reponenda sunt. Ordo ergo est: nondum expiatis cruoribus.

¶CHRI. Alloquit asiniũ pollionē uirũ & sūma ēt i libera rep. dignitate: & i poetica excellētē: & q maxia auctoritate eēt apud augustũ. Hic ductor germanici exercitus cũ post captas salonas dalmatiæ ciuitatem primo meruisset laureā; post ēt cōsulatũ adeptus fuisset. eodē anno suscepit filiũ; quē a captis salonis: Saloniũ nuncupauit. De quo Virg. meminit in buc. pollionũ aūt familiā a Numa pōpilio secundo romanoꝝ rege originē habuisse tradūt. Scripsit tragœdias optime. Vñ Vir. pollio & ipse facit noua carmina. Hoc igit̃ tpe cum omissis tragœdiis historiā ciuilis belli iter cæsarē & pōpeium scribere ĩcipet; dehortat̃ illum a scribēdo; tāq̃ nō posset huiuscemodi res pagi sine offensione multorũ adhuc uiuētiũ. nā & si augustus oia iā pacasset: tamē clandestina odia multa i hoīum mētibus residebāt. Versat̃ igit̃ poeta in genere deliberatiuo: cuius finis ē utilitas; q̃ diuidit̃ i totũ & honestũ. Quapp a tuto arguit ut abstineat ab historia ciuilis belli ne ābulet ꝑ ignes cinere tectos. itē ab honesto cum honestũ sit non refricare uulnera belli iam præteriti. Non enim renouanda discordiarum memoria sed penitus delenda est. Quod & pythagoras mystice iubebat. Est enim in tuis ꝓcep tis: ut si uspiam sanguis humanus sparsus cernat̃. ilico lapidibus obruat̃. ¶ Motum. i. tumultum & cōmotionem & in sentētia bellum. Nō. n. participium est sed uerbale nomen hic motus huius motus. alii uolunt participium & subintelligūt bellum. ¶ Ciuicũ: ciuile. ¶ Ex metello cōsule: pleriq; huic bello initiũ dant cōsulatũ Marcelli & lentuli: quo tpe in senatu agitatũ est de successore Cæsari mittēdo cum ille negaret se exercitũ dimissurum nisi pōpeius quoq; dimitteret. Qui uero rē altius repetūt a cōsolatu metelli celeris & Afranii incipiunt. ¶ Causas belli: quæ fuit nimia in pompeio cæsareq; cupiditas impandi: cum uterq; plusq̃ in libera republica decet posse niteret̃. Pompeius. n. iam in ciuitate summus cæsarē sibi adiunxit ut illius opibus munitior aduersus æmulos eēt; atq; adnitēre pompeio cæsari gallia ꝓuincia in qnquēnium cũ ualido exercitu decreta est: dānāte id cōsiliũ cicerone. q; hoīem oī uirtute p̃stantē nimis extolleret. Finito deinde quinquennio cum rursus in aliud qnquēnium sibi ĩperium; ꝓgatum eēt; demum illius potētiam exhorrere cœpit pompeius; atq; ea moliri qbus a tanto gradu uiꝫ iam sibi suspectũ deiiceret. Nam & legionē cui labienus p̃erat & a cæsare repeti & sibi tanq̃ contra parthos ituro tradi curauit. Simul ēt uoluit q; illius absentis rō in consulatus petitione haberet̃: neq; poterat ille urbem igredi: si triumphum assequi uolebat. Maxime ergo exarsit q; sibi ita dolose triumphus eriperet̃: ergo cum multa ēt iusta negaret cām dedit: ut aius dñandi cupidus q̃ iniusta eēnt aggrederet̃. Optime ergo Lucanus atq; arma tenēti oia dat qui iusta negat. ¶ Vitia ĩperatorũ; nam in pompeio nimia arrogantia cũ neminem sibi parem cuperet. In cæsare nimia dominandi cupiditas apparebat. ¶ Fortunæ: q̃ ludibrio habet res humanas. ¶ Graues amicitias: nā nisi affinitas amicitiaq; inter pōpeiũ & cæsarem ĩtercessisset neuter ad tantas opes aspirare potuisset: ergo graues & molestæ populo Ro. cum illoꝝ amicitia libertatē ad exitium tandē deduxerit. ¶ Arma un. quasi deposita: nam ungunt̃ ne rubīgine contrahāt non dũ expiatis cruoribus. i. purgata cæde uel uncta cruoribus. i. ĩfecta: qa unctuositas q̃dā appet in sanguine.

¶ANT. Periculosæ plenũ aleæ. i. piculosi ludi: ĩtulit qppe piculũ pr̃iæ ac ciuib; fere cũctis. Vel piculosæ aleæ ĩqt: qm̃ scriptori piculum iferret uera dicēti qbus offendent̃ adhuc uiuentes. inde ait & incedis ꝑ ignes &c. idest per odia belli ciuilis sub specie pacis latentia. ¶ Seueræ tragœdiæ. i. tristis & grauis. Tragœdia qppe est heroicæ fortunæ i aduersis comprehensio dicta a τραγος & ωδη quia olim auctoribus tragicis tragus. i. hircus præmium cātus p̃ponebatur qui liberalibus die festo libero pa

tragus

Tractas: & incendis per ignes
Suppositos cineri doloso.
Paulum seueræ musa tragœdiæ
Desit theatris. mox ubi publicas
Res ordinaris: grande munus
Cecropio repetes cothurno.
Insigne mœstis præsidium reis
Et consulenti pollio curiæ:
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.
Iam nunc minaci murmure cornuũ
Perstringis aures: iam licui strepunt.
Iam fulgor armorum fugaces
Terret equos, equitumq; uultus
Audire magnos iam uideor duces
Non indecoro puluere sordidos.
Et cuncta terrarum subacta
Præter atrocem animum catonis
Iuno & deorum quisquis amicior

tri immolabat̃: nā ut Varro inqt depascit uitē hinc & Horatius in arte scribit. Carmine q tragico uilem certauit ob hircũ alii putant a fece: quā græcoꝝ qdam τρυγ appellāt; tragœdiam noiatam mutatis lr̃is quasi trygadiā. qm̃ olim nondũ ꝓnis a thespide repertis tales fabulas perũctiora fecibus agitabāt Vnde Horatius. Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ Dicit̃: & plaustris uexisse poemata thespis. Quæ canerēt agerentq; peruncti fœcibus ora. Post hũc ꝓnæ pallæq; repertor hōestæ Aeschylus & modicis instrauit pulpita tignis Edocuit magnumq; loq nitiq; cothurno. Cæterum comedia a tragœdia differt. nam in tragœdia interducuntur duces heroes reges: i comœdia uero hũiles atq; priuatæ p̃sonæ in illa luctus exilia cædes. In hac amores & uirginũ raptus. in illa itē lætis rebus exitus tristis: tristia nāq; tragœdiæ ꝓpriũ. Est. n. tragœdia miseriarũ cōprehensio: hæc oia ex diomede accepimus. ¶ Res publicas. i. publicaꝝ rerꝫ hystoriā. ¶ Cecropio cothurno. i. atheniēsi a cecrope rege: nā ut ostendit Horatius i arte & Porphyrio: thespis genere atheniēsis primũ tragœdias scripsit; ad quas agēdas plaustro circa ciuitates agebat̃. Post hũc æschylus ēt athenienſis primus tragœdiis persona & pallā & cothurnos dedit; ut patuit ꝑ horatiũ. ¶ Insigne p̃sidiũ: eũ cautas actitasse inuit. ¶ Cōsulēti: scilicet te: ꝑ qd̃ eius prudētiā ĩdicat & sapiaz. ¶ Cui laurus: quo pacto triūphātes romāi duces lauro coronarēt̃ & aurato curru ꝑ urbē i capitoliũ uæherent̃ latissime uideto i epodo. ix. ¶ Dalmatico triūpho: Asinius pollio: orator fuit; & cōsularis q de dalmatis triūphauit. lxxx. q; ætatis suæ āno i uilla tusculana obiit; ut tradit Eusebius. ¶ Iā nūc minaci: uult pollionē hystoriā optima eloq̃ntia confecisse: ita q; oia fieri potius q̃ scribi uiderent̃. ¶ Perstrigis. i. obtūdis. ¶ Lituit: de lituo late i ode prima. ¶ Subacta: a Cæsare. i. Catonis: de hoc in ode. xii. supius. ¶ Iuno & deoꝝ: ordo est: iuno & q̃squis deoꝝ amicior aphris ĩpotēs cesserat ĩulta tellure rettulit inferias iugurthæ nepotes uictoꝝ: Est āt tenius q; iuno & dii qui aphros tutari frustra uoluerant uictorum romanorum nepotes in aphrorum ultionem traxere.

Tryx plona

Aeschylus

Tragœdia comœdia

¶ACR. Periculosæ: piculum inferētis ¶ Aleæ: in militia igitur alea ludebat̃. ne exercitus ocio torperet: q; aūt piculosæ addit: fraudē & liuorē ludo illo ꝑ deūtē respexit. ¶ Cieri dolofo: allegoricos dixit: sicut ignē cinere optum: ita adhuc odia belli ciuilis sub species paci latere: nec tutũ eē ꝑ hystoriæ ueritatē cũ offendimus amicos q; ea gesserūt. ¶ Paulũ seueræ musa tragœdiæ desit theatris: ut deposito tragico stilo pollio cautiꝫ cœpta describeret: uno. n. ꝑe tragœdiam & hystoriā scribebat. i. nō cantet̃ in theatris ædita a te tragœdia dũ occuparis hystoria: actus publicos referendo. ¶ Cecropio: athenienſi thespis. n. apud athænas primus tragœdiā frequentius dixit usu cothurnoꝝ: ut sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. ¶ Præsidium: fuit. n. & causidicus pollio: & defensionē reis frequēter impēdit. ¶ Et cōsulēti. hoc est curiæ expetēti a te das consiliũ. ¶ Cui laurus æternos: laurum hic pro uictoria posuit: salonas. n. pollio dalmatiaꝝ cœpat ciuitatē: unde & suum filium: eo q; natus ibi erat saloninũ appellauit. Cui laurus: ut poetæ cōuenit. Nam & carmina faciebat. Virgi. Pollio & ipse facit noua carmina. ¶ Iā nunc minaci: laus relatoris: tanq̃ hæc ipsa: quæ scriberet ita commēdaret: ut se auditor crederet interesse: ut Vir. Tum phaetōtiadas musco circũdat amaræ corticis. ¶ Fugaces: aut ueloces: aut splēdorē pauescētes armoꝝ. ¶ Equitũ uul. ut ēt hoīes terreret fulgor exercitus. ¶ Audire. m. uidet̃ mihi ut audiā aut ipsos concionātes duces: aut referentē de ducibus pollionem. ¶ Non. ind. glorioso puluere bellico sordētes. ¶ Atrocē: constantē portius. n. cato apud uticam elegit potius interire q̃ in hostium potestatē uenire. ¶ Iuno. &. d. ordo est: Iuno & quisquis: deorum amicorum aphris impotens cesserat.

¶POR. Periculosæ plenum opus aleæ. Tractas & incedis ꝑ ignes suppositos cineri doloso. Allegoricos āt adhuc odia belli ciuilis sub specie pacis ostēdit. Nec tutum eē hæc scribere. ¶ Paulũ. s. m. tragœdiæ desit theatris: qm̃ ĩquit hæc scribere destinasti parce tantisper tragico stilo seuerā aūt tragœdiā meriro dicit q; tristia fere sint argumēta tragœdiaꝝ. ¶ Mox ubi pu. i. ubi historias q̃ publicas res cōtinēt. ¶ Ordiaris. i. descripseris. Insigne mœstis præ. r. p qd̃ significat: & fortissime eum cās reoꝝ in iudiciis defendere: & ꝓterea prudentissima cōsilia in senatu dare. ¶ Cui laurus. æ. h. iō hoc dr̃ qa pollio saiona urbe ex dalmatis capta triūphauit. ¶ Grā de munus. c. r. co. cecropio cothurno ĩquid: quia apud atheniēses primum ē scripta atq; acta tragœdia thespi inuētore eius: atq; actore. ¶ Iā nūc mi. m. c. iā uideor uidere & audire ea quæ historia refert: ꝑ quod signat uiꝫ eloquētiæ pollionē oia fere ante oculos i relatiōe pugnaꝝ inducere. ¶ Fugaces terret. e. ꝑ uelocibus accipe: & in sermone hodieq; fugam ꝑ uelocitate dicimus: cũ de equis loquimur. ¶ Audire ma. iā. ui. d. Ambiguũ: ut ge. n. ipsos duces concionantis audire se dicat: an pollionē de ducibus narrantē incertũ est. ¶ Nō ĩdecoro puluere sordidos: Speciose ac decēter dictũ puluere non ĩdecoro sordidos quasi puluere bellico. puluerātos. ¶ Preter atrocē aīum catōis. M. portium catonē signat qui uticæ maluit se interficere ĩminente: cæsaræ q̃ in potestatem eius uenire. Iuno & deoꝝ q̃sq; amicior aphris. Sensus est: iuno & qcūq; alii dii carthaginēsibus fauerant ultionē uastæ aphricæ ex posteris eoꝝ qui eam uastauerunt: nunc receperūt.

¶CHRI. Plenum aleæ: plenũ fortūæ: nā quēadmodū aleaꝝ ludus ꝑ piculũ affert dubius. n. est in eo euētus sic & ipsa fortuna piculũ affert multos offendens i historia scribēda. ignes suppositos cineri doloso: optima trāslatio nā quēadmodū euenit ut q credūt ꝑ cinerē iā frigidũ ambulare sæpe ledunt̃ ab igne supposito

cineri quē adesse nō suspicabant: sic tu describendo historiā putas inuēire aliōs uacuos oī pturbatiōe. At multi clādestinū & occultū retinēt odiū. ¶ Doloso cineri: dat sensum rei insensatæ: nō.n. sensum hēt: ut paret dolos ignis. quēadmodū ex dolo sua mentē occultāt hoies: id ergo qd casu uenit igni dolo dat. ¶ Seueræ tragœdiæ qa & sæuerissimæ res i tragœdia tractant: & seuerus i illis stilus adhibet. ¶ Absit theatris. i. ne scribito tragœdias & patere ut desint theatris i qbus p mimmos psonatos cōsueuerūt agi: & hoc ad paruū tps: donec tu ordines respu. i. describas historiā: deide redibis ad tragœdias scribēdas. ¶ Grāde mu. nā grādia cōtinet tragœdia. ¶ Cecropio cothurno. i. atheniēsi. De poematū origine nō multū cōstat apud scriptores: tū plæriq; inuentionem tragœdiæ. Tespi atheniēsi tribuunt. Sed hæc in poetæ poetica latius. Dixit igit athenienſi pp loca a cecrope athenaꝝ rege quē dicūt urbē hactēus i pagos distributā mœnibus cixisse. Fuit ât cecrops iisdē tpibus: qb9 Moyses apd hebræos populū ab ægypto reduxit. ¶ Insigne pſidiū: excellēs defensaculū. ¶ Mœstis reis. i. iis reis q cū i graui piculo uersent mœsti sūt. Et pſidiū ēt curiæ. ¶ Cōsuleti. i. cōsiliū petēti: snia ē: posse pollionē sua eloquētia & in foro amicos defendere: & in senatu optimū cōsiliū in dicēdis sentētiis dare. Ergo & publice & priuatī pdest. Erit ergo ordo: o pollio isigne pſidiū reis & curiæ: tu tractas motū ciuiū & reliq. ¶ Cui laurus. i. uictoria q̄ laurū meruit. ¶ Iā nūc: oñdit quantū ualeat eloquētia cum ita expſse narret: ut res geri & nō narrari uideat. ¶ Perstringis: pcutis: obrūdis: ut.n. oculi nimia luce pstrigunt: sic aures nimio sonitu. ¶ Cornuū: qa grauiorē sonū emittūt murmur dixit. ¶ Iā fulgor armoꝝ: nā apparebat in historia Pōpeianos solo armoꝝ cælarianoꝝ splēdore terreri. ¶ Fugaces. uel qa i fugā uertunt: uel ueloces: equitūq; uult9 ēt terrēt equos oñdit. n. quāta ferocia in illoꝝ facie appareret. ¶ Audire uideor: maxīa pfecto laus scriptoris: q ita aliōs legentiū moueat: ut sibi pugnæ itereſſe & uictores duces audire uideat: q clamore suo & cōmilitōibus audaciā & hostibus terrorē iniiciāt. Nā ut teste Homero oñdunt q de re militari scribūt nō pua laus ē in duce uti in plio magna uoce. ¶ Sordidos puluere nō idecoro: nā decoꝝ ē uictoribus cū aut puluere: aut cruore deturpati sūt. ¶ Atrocē. cōstātē: rigidū: & inflexibilē. Magna oīno laus sed q̄ ppria sit tāti uiri: de cuius morte in superioribꝰ dictum est. ¶ Iuno: snia est si iuno olim cessit romanis expugnantibus carthaginē: neq; suos defendere ualuit his tū tpibus ulta est ueteres iniurias: cū tanta in africa romanoꝝ strages facta sit: ergo & iuno & quicunq; aliorum deorum amicior carthaginensibus.

¶ ANT. Rettulit inferias. inferiæ sunt sacra mortuoꝝ q̄ iferis soluunt: similiter lib. xi. æn. ait Maro de ænea ifunere pallantis. Vinxerat & post terga manus quos mitteret umbris inferias: cæso sparsuros sangue flammā. ¶ Iugurthæ: hūc p cūctis aphricæ iperatoribus posuit. fuit n. iugurtha rex numidaꝝ cū quo po. Rom. bellum gessit magnū & atrox. Vir erat impigri & acris igenii: tādem a boccho maurorum rege & pacis auctore isidiis captus est: & uictus: Syllæ traditus & ab eo ad mariū deductus quē uinctū i triūpho Marius duxit: de quo latius i Epodo nono. ¶ Quis nō latino. Ordo est. Quis campus pinguior latino sanguine. i. ppter latinum sanguinem sepulchris non testat ipia prælia: & hesperiæ ruinæ sonitum auditum medis. ¶ Auditū medis: ubiq; sed. n. ciuilium bellorum tumultus auditi sunt propter uaria uariis locis habita plia. ¶ Gurges. i. mare per tapinosim. i. humiliationem. ¶ Ignara. s. fuerūt. Cæsar. n. i hispania cū legatis. Cn. Pōpei petreio & afranio pugnauit: quos ad deditionem siti coegit in illirico mari tribunus Vulteius cū magna manu cecidit: cōtra quem Octauius libro pugnauit pompeii legatus: in aphrica uero curio periit missus a cæsare: pugnatum est in epyro apud dyrachium cōtra pompeium tandem in thessalia: qui uictus in ægyptum fugit: ubi obtrūcatus est. Postea ibidē cæsar cōtra pōpeii pcussores acriter pugnās illos debellauit: in aphrica deide contra cæsarē pugnarūt Scipio q fugiens occisus fuit ab hoste petreius ēt & iuba rex mauritaniæ uicti fugerāt iuba i sua regia magnifice epulatus petreiū orauit cædē: ille regi obsecutus ē. Postea sibiipsi. Cato ubi id accepit. nā uticā seruabat sibi mortem cōsciuit: i ipso oceani hostio uarus diusq; legati cōfixerunt: sed oceanus utrāq; classem naufragio pdidit. In hispania apud mundā pugnādo fugiētē. Cn. Pōpeiū cesonius apud laronē oppidū cōsecutus iterfecit: Cæsar i patriā uictor inuectus ē: postea cōtra sextū pōpeiū sæpius augustus pugnauit & uicit. De iis aūt oibus. L. florus auct. ē. ¶ Dauniæ cædes. i. italiæ p synecdochen: de daunia uero uideto. li. i. in ode. xxii. ¶ Sed ne relictis: ad musam poeta se uertit: q̄ relictis iocis seria grauia & lugubria cecinerat pāti ode: hortaturq; illā secū q̄rere leuiora: q̄lia uidelicet lyricis cōueniūt uersibꝰ. ¶ Procax. i. petulās. imoderata ipudēs: iportuna. ¶ Cææ nænīæ: cæa teste Pli. li. iiii. insula est in mari ægæo q̄ tū Cœos a græcis dī. Strabo ēt li. x. scribit. Coeon unam e cycladibus esse: q̄ quum quaternas contineret urbes Tetrapolis uocitata est. Duæ suo tempore erant Carthea. s. & ea quā iulidem appellāt. Ex iulide Symonides condendoꝝ auctor carminū duxit originē. Itē Erasistratus medicus isignis: & Aristo. peripathericus. ¶ Cææ nænīæ: id ait quoniam symonides lyricus poeta ex Cæa oriundus primus Nænīam instituit: idest carmen lugubre: quod mortuis dicebatur: & planctus optime descripsit. Auctores Acron & Porphyrio. Tullius ēt. lib. ii. de legibus scribit q

Afris: inulta cesserat impotens
Tellure: uictorum nepotes
Rettulit inferias iugurthæ.
Quis non latino sanguine pinguior
Campus sepulchris impia prælia
Testatur: auditumq; medis
Hesperiæ sonitum ruinæ.
Qui gurges. aut quæ flumina lugubris
Ignara belli. quod mare dauniæ
Non decolauere cædes.
Quæ caret ora cruore nostro?
Sed ne relictis musa procax iocis
Cææ retractes munera nænīæ
Mecum dionæo sub antro
Quære modos leuiore plectro

iubæ mors
petrei mors
Catōis mors
Cæa
Cæos
Symonides
Aristo:

nænia pprie cantus est lugubris & laus in funere honoratoꝝ uiroꝝ. Diomedes quoq; ait id carmen qd cum lamētatione extremū atq; ultimū mortuo accanit: nænia dī. Declinat aūt hæc nænia nænīæ ut musa musæ: uti hoc in loco: itē in numero plurali hæc nænia nenioꝝ: ut ibi li. vi. fasto. Nænīaq; i uolucres falsa figurat anus. ¶ Modos: uersus & modulationes. ¶ Leuiore. i. lyrico nō thragico uel heroico. ¶ Dioneo antro. i. uenereō dione si qdem ueneris tertiæ mater fuisse dī ex ioue: ut scribit Tullius in libro de natura deorum.

¶ ACR. Inulta tellure rettulit inferias iugurtæ nepotes uictoꝝ. s. romanoꝝ qui carthaginē uicerant. Et deorum qsquis tanq̄ ciuilia bella: q̄ postea gesta sunt i aphrica ad uidictā aphricæ supatæ iunōis ira uel deorum fecerat cōmoueri. ¶ Iugurthæ. Hannibalē intelligi uoluit i commemoratiōe iugurthæ: aut certe qa i aphrica tpe ciuilis belli multi pōpeiani occisi sunt. ¶ Quis nō latino sanguine pin. qs nō romanoꝝ sanguine uel sepulchris cāpus repletus. Luc. Totoq; ex or. te uincē perit. ¶ Auditūq;. m. p cladis magnitudie dicit ciuilia bella ēt psis audita. Vir. Europæ. a. a. f. cōcurrerit orbis audit. & si quē tellus extrēa refuso Sūmouet oceāo. ¶ Quis gurges: tapinosis est. ¶ Gurgitē. n. pro mari posuit: ut apparēt rari nantes in gurgite uasto. ¶ Quod mare dauniæ: apuliæ: a dauno: sed p apuliā oīs Italia accipida est in qua sanguis romanoꝝ fusus est: uel qa per adriati cum mare de brūdusio cæsar pfectus est pompeiū sequēs. Luc. Brūdusiū decimis iubet hāc attīgere castris. ¶ Nō decolorauere cædes: a pprio colore mutauere. Luc. Tū primū rubuit ciuili sanguine nereus. ¶ Quæ caret ora: pars regiōis aut terræ. ¶ Sed ne relictis. m. p io. i. ne quū lyrico carmie aptiores sint ioci iprobe faciat musa si lugubria misceat. Ordo est: sed tu musa pcax ne relictis iocis retractes munera nænīæ cææ: q̄re mecū sub dionæo antro modos leuiore plectro. ¶ Nænīæ: nænia carmē lugubre qd mortuis dicebatur: quod nunc græce epithaphion appellat: qd symonides græcus poeta liricus primus instituit a cæa insula oriundus: unde & cææ nænīæ posuit: de qua Virg. cui pinguia cææ: & Oui. Cingit ægæo insula cæa mari.

¶ POR. Impotens. aūt nō potēs. Id enim ad uictos sine uirtute intelligēdum. ¶ Rettulit inferias iugurthæ. Nunc latius intelligit oībus. ¶ Quis nō latino sanguine pinguior cāpus. ¶ Campus: nullus ē q nō sepulchris Romanoꝝ bella ciuilia fuisse & sanguine Romano pinguē factū se ostendat. ¶ Auditūq; medis hesperiæ sonitum ruinæ. De supiore ostendit: fic. n. intelligendū: Quis non campus sepulchris testat: impia plia: sonitūq; hesperiæ: quem etiam Medi audiuerūt. Sonitum autem ruinæ medos audisse: idest sup orbem trāsilire p hypbolem intelligēdū. Cuius sensus ex subiectis magis illustrat q̄ dixerit. ¶ Quis gurges: quæ flumia lugubris ignara belli. qd. m. dauniæ non decolorauere cædes. Daunia a Dauno rege apuliæ ac p hoc Italiæ: ac deinde romanæ intelligendum. ¶ Sed ne relictis musa pcax iocis cææ retractes munera nænīæ. Nænia lugubre carmen est quod in mortuos cantatur. Symonides autē ex cæa insula liricus poeta θρηνους. i. planctus optime descripsit. Inde cæā nænīam appellauit: sensus est aūt: cū lyrico carmini aptiores ioci sint pcaciter egeris o musa si lugubria potius dioneo modulata plectro. fueris q̄ ueneria q̄ leuioribus modulis aptantur.

¶ CHRI. Cesserat. i. tanq̄ uicta discesserat tellure iulta. i. quā ulciscinō potuit: inulta ergo nō uindicata: nā passiue posuit. ¶ Impotēs: qa reluctari nō potuit: nunc rettulit iugurthæ. i. Hānibali: nam nomen p nomie sæpe ponunt pōetæ. ¶ Nepotes uictoꝝ. i. milites Romanos nup cesos in aphrica q posteri sunt eoꝝ qui supauerant Hānibalem. ¶ Inferias. i. ut eēnt inferiæ: sunt. n. inferiæ sacra qua exibent defunctis. Erat ât de mor apd antiquos: ut si qs dux in acie cesus esset: q capti essent ex hostibus ad illius tumulū tāquā hostiæ mactarent. Quare Virgilianus Aeneas: ut Pallanti huiuscemodi iferias: faciundas curaret. Sulmone creatos q̄tuor hinc iuuenes: totidēquos educat ufens Viuētes rapit inferias; quos imolet umbris. ¶ Captiuoq; regi pfundat sanguine flāmas. ¶ Rettulit: p geminā. t. scribit ut re quæ natura breuis est: positione lōga reddat: sic etiā reppuli & repperi dicimus geminata cōsonante: notat autē in hoc loco poeta ingētem stragem Romanoꝝ in aphrica: nam quo plio Scipionē & Iubā supauit Cæsar qnquaginta hoīum millia desiderata sunt. Quis pbat inferias esse aphricanis factas. ¶ Pinguior: nam pinguescit terra humanis cadaueribus. Quis ergo campus non est pinguior sanguine nro: quasi oīs campus est pinguior. l. s. sic Vir. Nec fuit idignū si pis bis sanguine nostro Aemathiam & latos hemi pīguescere cāpos. ¶ Auditū medis. q. d. extremi orbis habitatoribus: sic Virgil. Audiit & si quē tellus extrema refuso Submouet oceano. ¶ Quis gurges: oīs aquarum congeries gurges est: & p tapinosim p mari capit. Vir. Apparent rari nantes in gurgite uasto. Est aūt expolitio: nā mutatis uerbis sæpius eandem pfert snīam. s. oēs orbis ptes sparsas eē romano cruore. ¶ Decolorauere: Valde colorauere: q̄uis multiplices uariiq; sint colores: tū principes ex qbus reliqui manant albus nigerq; sunt. Vegē cū poetæ coloratum dicunt nigrum: & nō albū itelligūt: & quia sanguis ita purpureus est ut nigrescat: iccirco dixit decolorauere: ut de. augeat. possumus ēt ponere de priuatiue ut sit decolorauerē. i. suo colore priuauere: q̄uis nullus pprius uideat esse color aquæ. ¶ Dauniæ: Italiæ: pte. n. p toto posuit. Est autē daunia apulia. ¶ Nostro: latino & Romano. Vir. Tum quoq; littoribus nrīs. ¶ Sed ne relictis: Dum tragicū laudat poetam ipse pene tragicus factus est oblitus pfecto qd in supioribus dixerat. ¶ Nos cōuiuia: nos plia uirginū: i quo ostēdit se de rebus tenuioribꝰ scribere decreuisse: ergo cohibet musam ut altiora illa relinquat. Ordo est: sed tu o musa pcax. i. petulās: quæ fines egressa tuos aliena inuadis q̄re mecū modos leuiore plectro. i. carmina leuiori stilo facta sub antro dioneo: sub antro ueneris. i. in rebus lasciuioribus & nō grādibus: ne tu retractes: repetas munera nænīæ cææ relictis iocis. ¶ Modos: modulatiōes quos ēt numeros appellāt: ut numeros memini si uerba tenerē. ¶ Plectro: pectinem latini dicunt. Virgil. Iāq; eadem digitis: iam pectine pulsat eburno πολυκτερον. n. πολυ το πληκτρον pcutio. ¶ Nænīæ: carmē lugubre est nænia qd nomē aliq uolūt dictū esse p onomatopœiā: qa ipse syllabæ ex primunt aliqd lugubre. Alii ab eo qd νεον. i. ultimū. Erat. n. ultimū qd defunctis canere: uel ab ultima chorda cytharæ quæ nænia dī. ¶ Cææ. i. a symonide poeta inuentæ q ex cæa insula fuit. ¶ Dioneo: uenereo: nā tertia Venus ex ioue & dione filia fuit. Dione autem nata est ex theti & oceano: sed & uenus diōe appellatur. ¶ Antro ergo idoneo. i. in locis uoluptuosis & ad uoluptatem potius q̄ ad res grandes spectantibus.

¶ANTO. Saluſtiũ poeta a liberalitate & tẽperãtia celebrat dicẽs latẽti pecũie nullũ eſſe ſplẽdorẽ honorẽ ue aliquẽ:niſi qs ea tẽpate utat. Affert ad id ꝓculeii exemplũ :q erga fratres fuit liberaliſſimus:uñ dicit illũ perpetua fama notũ fore:afferit itẽ late regnare illũ ſolum qcunq; cupiditates ſeq; ipſum domuerit facit deinceps comparationẽ ab hydropico ad auarũ:ſicut.n.hydrops bibendo plus ſitit : ita nunquã ſatiat habẽdiſtis & poſtremo inquit q̃ ſapiens non appellat beatum illum q diues aut rex fuerit:ſed q ſine rerũ cupiditate & auaritia uixerit.Nam ut Cice.inquit animus tuus oportet ſe iudicet diuitem: non hominũ ſermo neq; poſſeſſiones.℣Nullus argento : metrũ eſt ſimile ode ſecũde libri primi.℣Nullus argẽto. ordo ẽ. O Criſpe Saluſti inimice lamnæ:nullus color ẽ argẽto abdito terris auaris niſi &c. Eſt ãt ſenſus q̃ latenti pecuniæ nullus ineſt color.i.ſplendor & honor : niſi tẽpate & modeſte in uſu fuerit : Auaris terris. Auaræ terræ dicũtur: qm̃ bõa multa in eis latẽt & celantur:ut theſauri & hmõi.℣Inimice : uocatiui caſus ẽ mice.n.trocheus ẽ.℣Lamnæ:& lãna & lamina indifferenter dr̃.℣Lamnæ.i.latæ maſſæ argenteæ:q̃ ipſa pecũia eſt. Erat aũt Saluſtius pecuniæ inimicus:qm̃ nõ terris uti auari ſolent celabat ſed ꝓpendebat potius neceſſariis rebus & oportunis modeſte qdem & tempate.℣Tẽperato uſu nõ parco uel ꝓdigo:prodigus.n.in li.ii.ethicorũ ait phus in erogãdo exuperat:ĩ capiẽdo deficit. At illiberalis atq; auarus ĩ capiẽdo exupat:in erogãdo deficit unde exupatio & defectio bonũ ipm̃ corrũpũt mediocritas uero cõſeruat.℣Proculeius:fuit is romanus eqs & auguſti amiciſſimus de quo Plutarchus ſcribit in antonii uita dicit.n.q̃ antonius paulo antequam expiraret admonuit reginam Cleopatram ut ſibi ac rebus ſuis conſuleret ; & maxime oium q cum cæſare auguſto erant ꝓculeio ſe crederet. Mortuo antonio auguſtus ꝓculeium miſit ut curaret cleopatram uiuã in eius ptãtẽ hr̃e poſſe . Demũ quũ illa arrepto enſe uoluiſſet ſibi ipſi mortẽ iferre ꝓculeius enſem e mãibus ademit. Acron ꝓterea & Porphyrio dicũt hũc proculeiũ ita pium erga fr̃es ſuos Scipionem & murenam fuiſſe : ut ſpoliatis fr̃ibus bello ciuili patrimoniũ ſuum ex integro diuideret:qd̃ cũ eis ante quoq; diuiſerat.℣Aget.i.ducet p ora uirum. Penna metuente ſoli.i.alis ſemper uolantibus ne ab aliquo ſoluãtur:fama autẽ quonã pacto pẽnas hẽat legito lib.ænei.iiii.Maronis . ℣Auidũ do.ſpi. Difficilius enim eſt : ut etiã heraclyto placet:uoluptati repugnare q̃ iræ:ut philoſophus libro.ii.ethio.inquit. Et Saluſtius in iug.ait ſed dux atq; imperator uite mortaliũ animus eſt. Valerius quoq; libro.iiii.inquit q̃ animi moderatio mentes noſtras impotentiæ & temeritatis in curſu tranſuerſas ferri non patitur:quo euenit ut reprehenſionis motu ſit uacua.℣Auidum pecuniæ.ſ.iubet.n.auaritiam fugari.℣Lybiam: lybia aphricæ regio eſt ægypto contermina ut Pli.li.vi.℣Gadibus:in ipſo capite beticæ ab oſtio freti Gadis inſula eſt longa paſſuũ millibus.lxxv. Lata aũt paſſuũ milibus.xii.quæ tribus millibus abeſt a continente habebat oppidũ ciuium romanorũ qd̃ appellãbat Auguſtana urbs Iulia:ſed ab eo latere quo hiſpaniã ſpectat iſula eſt in longum ducentorũ.M.paſſuum:quadragẽta miliũ lata. In qua prius oppidum gadium fuit dictum erythrea: qm̃ tyrii ab origine eorum orti ab erythreo mari ferebãt in hac gerionẽ habitaſſe exiſtimat : cuius armenta hercules abduxerit auctor eſt Plinius lib.iiii.c.xxiii.de inſulis in oceano. Vterque penus:gaditanus ſcilicet & carthaginẽſis. pœni.n. carthaginẽ condiderũt:& urbẽ in gadibus quã erythreã appellarũt:qd̃ iam ſupius dictũ eſt.℣Vni.i.tibi ipſi.

¶ACR. Nullus ar.co.eſt.a.auaræ.n.terræ dr̃:cũ id in ſe recipiũt qd nõ ampliato reddũt fœnore. Saluſtiũ cryſpum alloquit hyſtoriographũ equitẽ Ro. Auguſti amicum:libertatem & magnificentiã animi ſui deſcribens argentum aũt ꝓ pecunia abdita in theſauris dixit. Senſus aũt hic eſt : diuitiarum ſplendorem nullũ eſſe niſi honeſte:in uſum fuerit.auaris aũt recondendo creſcit ſola cupiditas ; ut Iuue. Creſcit amor.n.q.i.p.c. Vnde & hydropici morbo comparauit hoc uitium:q̃ nimietate ſitis & potus deſiderio creſcente ægritudine uel uterus augẽt.℣Inimicæ lãnæ. Lamam ꝓ infabricata & rudi materia argenti poſuit quæ obſcuratur ab auaritiam celata:& uult intelligi Saluſtiũ occultare diuitias.℣Temperato:moderato uſu ne crederet ꝓhibendo auaritiam ſuadere luxuriam.℣Viuet extento proculeius.æ.in perpetuũ: ut uiuuſq; per ora feret :proculeium eqtẽ ro.laudat amicũ auguſti q pius ſic erga fratres ſuos Scipionẽ & murenam fuit ut ſpoliatis bello ciuili patrimonium ſuũ ex integro diuideret:qd̃ cum eis iam ante diuiſerat.℣Animi paterni qui paternũ fratribus impẽderit amorẽ.℣Aget:ducet p notitias oium.℣Fama ſupſtes:qb9 bõi facti fama ꝓpetua ſit : nec pẽna ei9 hoc

ꝓdigus
ꝓculeius uoluptas ira animus Libya gades erythrea geriões
ꝓculei liberalitas gades

¶Ode.ii.dicolos tetraſtrophos ad Saluſtium.

NVllus argento color eſt auaris
Abdito terris inimice lamnæ
Criſpe ſaluſti:niſi temperato
Splendeat uſu.
Viuet extento proculeius æuo
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente ſolui
Fama ſuperſtes.
Latius regnes auidum domando
Spiritum q̃ ſi libyam remotis
Gadibus iungas:& uterq; pœnus
Seruiat uni.

eſt uolatus ad poſteros ſolui poſſit. Volare.n.famã:& Virg.ponit. Fama uolat pulſum regnis ceſſiſſe paternis Idomenea ducem.℣Latius regnes auidum.d.f.latius inquit regnes cupiditatem uincendo q̃ ſi ꝓ uniuerſum orbem poſſeſſiones extendas.℣Gadibus iungas:gades autẽ oppidũ eſt in Hiſpania a pœnis cõditum:aut qa in parte aphricæ ponit qcquid freto aut gadibus ſeparat :ideo qd̃.utrinq; pœnũ dixit locis diuiſum: uel certe quia carthago & in hiſpania eſt quã ſpartariam uocant.℣Vterq; pœnus.i.orientis & occidentis aphricanus.

¶POR. Nullus argẽto color eſt auaris:Hac ode Saluſtiũ Chriſpum eqtem romanũ Auguſti amicum alloquitur q̃ liberalitatẽ & magnificẽtiam aĩ eius deſcripſit.℣Argentũ abditũ:ꝓ pecunia recõdita in theſauris dixit:& ẽ ſenſus:diuitiarũ ſplẽdor nullus eſt niſi honeſta rõne fuerit ĩ uſu.℣Inimicæ lãnæ:lama pro rudi & infabricata materia poſuit p qd̃ ſignat ñ libẽter hr̃e abſcõditas & ſine uſu diuitias.℣Viuet extẽto ꝓculeio .æ. Proculeius eques ro.amicus auguſti rariſſimæ pietatis erga fr̃es ſuos Scipionẽ : & murenã fuit adeo:ut bona ſua cũ his æqs partibus diuiſerit:qa illi bello ciuili erãt ſpoliati.℣Viuet ex.ꝓ.æ.Ecce inqt ꝓculeius q liberalis ĩ fr̃es ſuos fuit æternã ſibi p hãc pietatẽ memoriã parauit:& p oẽ æuũ fama eius extẽta ẽ:ꝓ quam ſemp uolat.℣Illũ aget ſolui metuẽte pẽna fama ſupſtes.Sic ĩtulit fama ſuperſtes poeta:quaſi fama illũ agit pẽna tua quæ ab ullo nõ ſoluitur:nam ſemp uolat.℣Latius regnes auidũ domãdo ſpm̃: Latius inqt poſſideas:auaritiã animi cõpeſcens:q̃ ſi ꝓ cõtinuationẽ in hiſpaniã a lybia poſſeſſiones extendas. Gadibus iungas : gades oppidum in hiſpania a pœnis conditũ.℣Vterq; pœnus:ergo inqt qa carthaginem ſicut gades pœni condiderunt.

¶CHRI. Acerrima iuectiua in auaritiã eſt cũ demõſtret auaros nulla fama lucere. Liberaliũ autem nomẽ ubiq; ſpargi. Addit poſtremo diuitẽ eum eſſe nõ qui multa poſſideat: ſed q aĩum tempantia cohibeat . Sũt ãt qui credant hunc Saluſtiũ eſſe eum qui hiſtorias ſcripſit:alii eius filiũ.℣Nullus color eſt auaris. Sapiẽter elegit uerbũ pluribus rebus cõe:nam ſine colore eſt auarus quaſi ſine fama:ut enim res ex colore in conſpectum cadit:ſic homo in cognitionẽ ex fama uenit:uel ſine colore eſt auarus: qa ex nimia parſimonia palleſcunt . Dixit aũt color pp id quod paulopoſt dixit ſplẽdor. Ordo:o criſpe Saluſti nullus color ẽ auaris.i.nimium cupidis lãnæ ꝓ laminæ:argẽto abdito terris:in cõſequẽtia niſi ſplẽdeat ille auarus tempato uſu hoc eſt niſi ſplendide uiũat:ſed cũ uſu tempato & modeſto:ponit aũt lamina pro infabricata materia in quã auari aurum uel argẽtum redigũt & humi fodiũt.℣Inimicæ:uel per hyppallagen legas:ideſt cui auaro inimicat :qa auro oẽs inſidias tendũt:unde Diogenes cinicus ꝓpterea aurũ palleſcere dicebat: qm̃ omnes ſibi inſidiarent. Fodiunt autem auari pecuniã:ut Virg.lacent penitus defoſſa talenta Splẽdeat.qd̃ nõ eſt in auaro. Vnde auarum ſordidũ dicimus:ut hic idem. Quatinus id facies ut qdã memoratur athæn9 ſordidus ac diues. Et alibi:obiiciet nemo ſordes mihi quas tibi tulle.i.auaritiam.℣Splẽdeat:ex cuius uſu famã & ſplendorem aſſequamur. Vnde lauri & ſplẽdidi diuites dicunt :qui opes ſuas ad liberalitatẽ conuertunt .℣Vſu : optime & ſecũdũ phos q utilia a bonis diuidunt:bonaq; ea appellãt quæ pp ſe ſunt expetenda: ut fœlicitas. Vtilia aũt quæ non propter ſe:ſed ꝓpter uſum earum:unde abutẽdo utile dr̃: in hoc numero pecuniæ ſunt : quæ non pp ſe expetuntur. Quid.n.nobis cõferrent. Sed ut illarũ uſu quæ nobis aut neceſſaria aut cõmoda ſunt cõparare poſſimus. unde ipſe alibi. Quid mihi diuitiæ ſi nõ concedit uti?℣Tempato:nam ſi pecunia ultra modũ uteremur:non iam liberales:ſed ꝓdigi eſſemus.℣Viuet extẽto ꝓculeius.n. cæſarianus miles duos habuit frẽs:qui ꝓtes põpeianas ſecuti & hoſtes publici poſt victoriã . cæſaris iudicati omne patrimonium amiſerũt. Proculeius ergo ſuũ illis patrimoniũ cõdonauit ſibi ea ſatis eſſe dictitans:quæ ex præda cõparaſſet:mox ſuis iterceſſionibus: ut illos Cæſar reſtitueret:curauit.℣Viuet æterna fama:ergo auari infamia præmunt.℣Extẽto æuo.i. æternitate quæ extẽta eſt & oĩa tenet:uel extẽto æuo.i. progata ætate.q.d.& ſi uita breuis ſit fama tã ꝓgabit.℣Notus:quaſi nobilitatus:ut cõtra ignotũ pro ignobili capimus.℣Paterni : ergo plus q̃ fraterni:nã maior eſt pr̃is in filiũ amor q̃ fratris in fr̃em.℣Pẽna.ala:& alluſit ad famã quã alatã pingũt poetæ. Vir. Illã terra parens ira irritata deorũ Progenuit pedibus celerẽ & pnicibus alis: pp hoc alio in loco dixit: Fama uolat.℣Supſtes.i.quæ illi ſupuiuet. Supſtites dicũr q aliquo mortuo ſupſunt:hinc nõnulli dictam uolũt ſupſtitionẽ q̃ parẽtes anili quadam & nõ uera religione aſſiduis ꝓcibus uotiſq; deos:ut ſibi liberi ſupſtites ſint defatigãt. Teſtes ẽt antiq ſupſtites appellarũt.℣Latius regnes:ex media phĩa ſumptũ. Arguũt.n.ꝓtiam ſtoici illum ſolum eſſe diuitẽ cui nihil deſit. At uero auaro ſp multa deſunt nunq̃ ergo erit diues:cõtra uero q aĩum ſuũ a cupiditatibus uẽdicauit ei quæcunq; aſſunt ſatis ſunt:nã natura paucis minimiſq; cõtenta eſt:ergo diues:oĩs.n.diues eſt cui nihil deeſt:nã ut ait Cice. Animus hoĩs nõ archa diues appellanda eſt:hinc illud ſtoycorũ paradoxon:oẽs ſapiẽtes diuites eſſe. Itẽ ſolos ſapiẽtes liberos eẽ:ſolos ẽt reges:nã ſoli ipſi aĩum ita ab omni perturbatiõe. ab oĩq; nimia cupiditate coercẽt:ut & pnitibus fruant :& abſentia nõ reqrant : nulla libidine torqãt nullis honoribus in trãſuerſum trahant nullas diuitias expetãt. Quãobrẽ ueriſſimũ eſt qd̃ latius regnabimus.℣Domãdo ſpiritum.i.aĩum.i.cohibẽdo illũ ĩtra rõnis terminos:quos cũ excedit indomitæ feræ ſimilis effert q̃ ſi uniuerſæ libyæ & hiſpaniæ impemus: nam nihil profuit alexãdro tot populis.acnationibus impare: cum ipſe interim uino iræq; crudeliſſimis uiliſſimiſq; dñis ſeruiret:& turpiſſimarũ uoluptatũ turpiſſimus eſſet ſeruus.℣Spiritum.i.aĩum.℣Remotis gadibus.i. diſiunctis ab ipſa libya:nã gaudes urbs eſt hiſpaniæ non procul a calpe colonia tyriorũ:ut Straboni placet. Sed poeta ꝓ hiſpania poſuit quæ anguſto freto ab aphrica diuidit : ſentẽtia ẽ q latius ſpiũ hẽbis ſi aĩum a cupiditatibus coercueris q̃ ſitu cõiũgeres ſub ipio tuo aphricã hiſpãiæ & uterq; pœnus uel aphricanus & hiſpanienſis:quia & in hiſpania carthago eſt:uel uterq;.i.orientalis & occidentalis.

¶ANT. Creſcit. Auaro hydropa cõpat:nã ut Iuuẽalis ait.

Creſcit indulgens ſibi duris hydrops:
Nec ſitim pellit:niſi cauſa morbi
Fugerit uenis & aquoſus albo

Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit. Oui.itẽ lib.i.faſt. Creuerunt & opes: & opum furioſa cupido. Et cũ poſſideant plurima plura petunt. Sic quibus ĩtumuit ſuffuſa uenter ab unda Quo plus ſunt potæ plus ſitiũtur aquæ.

auaritie ſitis

Corpore langor
Redditum cyri ſolio phrahaten
Diſſidens plebi numero beatum
Eximit uirtus populumq; falſis
Dedocet uti
Vocibus regnum & diadema tutũ
Deferens uni : propriamq; laurum
Quiſquis ingentes oculo irretorto
Spectat aceruos.

Hydrops

Intercus

Cyrus

Cambyſes phrahates

Sapiẽs beatus

Diadẽa

Diadeo

Inuidia

¶ Indulgẽs.i.cõcedẽs.¶ Dirus.i.deorum ira miſſus eſt.n.morborũ fere peſſimus. ¶ Hydrops:intercus dr ,pprie aqua quã græci hydropa uocãt: ut ſcribit Priſc.li.vi. Cato ãt quaſi adiectiuo eo eſt uſus:dicens intercutibus ſtupris obſtinatus pro inteſtinis. ut ſit ſecũdũ eũ.hic & hæc & hoc intercus.i.q uel quæ uel qd intra cutẽ eſt hydrops autẽ qd ſit ,pprie uideto celſum lib.iii. ¶ Cyri ſolio:fuit cyrus plarũ rex:q ſubegit aſiã & uniuerſum oriente in poteſtatẽ redegit:regnauit annis triginta cõtinuo ſucceſſu totius tẽporis admirabiliter inſignis:cui tandẽ ab hoſtibus ſcythis trucidato cũ ducentis milibus, perſarum ſucceſſit filius. ¶ Cambyſes:qui imperio patris ægyptũ adiecit. Scribit ea Iuſtinus lib.i. ¶ Phrahatẽ.fuit is parthorũ rex herodæ filius:qui trucidãto patre regnũ ocupauit:cõtra quem ſæpe Mar. Antonius pugnauit:ut teſtatur Plutarchus:ſcribit etiã Apianus i libro mitridãtico. Acrõ ãt ſcribit aliquos dicere phrahatæ ab Antonio adẽptũ fuiſſe iperiũ:& p auguſtũ poſtea reſtitutũ. Quod autẽ fuerit cyri filius ut idẽ ait minime uerũ ẽ:nã cãbyſes cyri filius fuit ut diximus:& q ſibi i regno ſucceſſit. Reditũ cyri ſolio:fuit cyrus plarũ rex:regnauitq; annis trigiãta:ut diximus:ſubacta aſia & uniuerſo oriẽte. Ergo parthis regnauit. Senſus aũt eſt:q; uirtus & ſapientia q̃ a plæbẽ diſcordat tollit ẽ numero beatorũ phrahaten reſtitutũ regno plarũ:hoc eſt ſapiẽs nõ appellat beatũ & regẽ illũ q regnũ habet: ſed q̃ ſine inuidia & ſine cupiditate pecuniarũ aceruos ſpectat. Vnde optime inqt ille. Dilige denariũ ſed parce dilige formã. ¶ Redditum cyri. Ordo eſt. ¶ Virtus.ideſt prudentia & ſapientia diſſidens plẽbi eximit ẽ numero beatum pro beatorum phrahaten redditum cyri ſolio:e quo ſcilicet eiectus fuerat. ¶ Et dedocet ipſa uirtus.i. diſſuadet populũ uti falſis nominibus:deferẽs regnum & Diadema tutum & propriam laurum. ¶ Vni.ideſt ſoli illi. ¶ Quiſquis oculo irretorto ſpectat ingentes aceruos. ¶ Populumq; falſis.ideſt diſſuadet populo beatum dicere eum qui diues eſt:& non ſapiens. Tunc igitur falſis uocibus populus utitur:quum beatos appellat diuites & reges:quibus auaritia ineſt ſpreta uirtute:ideſt temperãtia & liberalitate. Vnde optime Horatius idem prima epiſtola inquit: Ad ſummam ſapiens uno minor eſt Ioue: diues liber honoratus pulcher rex deniq; regum. Valerius libro.vii.c.ii.ait. Nec parum prudenter Anaxagoras interroganti cuidam quiſnã eſſet beatus. Nemo inquit ex his quos tu fœlices exiſtimas ſed eum in eo numero reperies q. a te ex miſeris conſtare creditur:non erit ille diuitiis & honoribus abundans:ſed aut exigui ruris aut non ambitioſæ doctrinæ fidelis ac pertinax cultor in ſeceſſu q̃ in frõte beatior. ¶ Diadema tutum : ideſt regiam coronam διαδημα.n.nobis eſt corõno uel circũligo. ¶ Propriam laurũ.pro laurea:ideſt propria gloria:quæ non aliorũ uirtute acquiritur: ſed ſua & propria uniuiq;. ¶ Oculo irretorto.i.ſine cupiditate & ſine inuidia. Inuidus.n.nuſq̃ recta acie ſpectat:niſi ubi erumnæ fuerint:tunc enim lætat maxime: Vnde li.iii.met. Nãſo ait.de ipſa inuidia. Pallor in ore ſedet macies in corpore toto. Nuſq̃ recta acies: liuent rubigine dentes. ¶ Riſus abeſt.niſi quem uiſi fecere dolores.

¶ AGR. Indulgens:impendens:ut indulgent uino & uertunt crateras ahenos. ¶ Dirus hydrops. hydrops ſubcutaneus eſt morbus de uitio ueſicæ natus cum anhelitu fœtido & inflatione turgente. Eſt aũt hydropico proprium ut q̃to amplius biberit:tãto amplius ſitiat. ¶ Dirus.pernitioſus. ¶ Albo:palleti:ut pſius. Turgidus hic epulis atq; albo uẽtre lauat: diffuſus.n.hũor oẽ inficit corpus. Sẽſus ergo ẽ:ac ſi diceret ſicut ſitis niſi ægritudine uicta non tollitur:ita auaritia & cupiditas nõ ſatiatur niſi ante animo inſanitatem cõtinentiæ reuocato. Reditũ cyri ſolio phrahaten:cyrus qui primus regnauit i perſide. ¶ Phrahates :rex pſarum cyri filius ; hic a parẽtibus deſtitutus regno pulſus eſt: & a bragmanis phis indorũ ſuſceptus & eductus ẽ. Poſtea regno redditus magno iuſtitiæ & continentiæ documẽto geſſit imperium alii dicũt ei ab Antonio adempti imperium & per auguſtũ poſtea reſtitutum :uult ergo oſtendere: nõ ſicut uulgus putat beatã uitã regnũ aut diuitias facere:ſed ſapiam. ¶ Diſſidẽs uirtus:diſcrẽpãs nec habẽs aliqd cũ inſipientibus:& plæbe cõe.ordo eſt. ¶ Virtus beatorũ.i.ſapia quæ non eſt apud plæbẽ diſſidẽs numero plæbis eximit phrahatẽ redditũ ſolio cyri & regnũ & tutũ diadema deferẽs uni & ,ppriã laurũ dedocet:populũ uti falſis uocibus:q̃ q̃s.ſ.ſpectat ingentes aceruos irretorto oculo. Nã q̃ſi ſupiora exponẽdo hic dicit. ¶ Eximit:effert. ¶ Dedocet:dedocere cupit:deſuefcit:aut diſſuadet populũ beatũ dicere eũ:q diuitiis utat aut certe loqui falſum pp hoc:q factiõe eiectus phrahates regno ſit. ¶ Propriãq; laurum:pro laurea:hoc eſt ſpeciali gloria:quæ non uirtuti exercitus ſed prudẽtis continentiæ debet perpetua. ¶ Irretorto:irreflexo a iuſtitia uel a continentia oculo ad cupiditatem. ¶ Aceruos:pecuniæ cumulos. Virg. Ac uelut ingentem formicæ farris aceruum Cum populant.

¶ POR. Et aquoſus albo corpe lãgor bella cõceptione aquoſus lãguor.υδροψ. dr albũ aũt corpus pro pallido dictũ eſt. ¶ Redditũ cyri ſolio phrahatẽ:phrahates inqt q in regnũ pſarũ reſtitutus ẽ nõ in numero btorũ: ſicut uulgus putat. Nec.n.regnũ aut diuitiæ btos facit. ¶ Cyri ſolio:regno pſarũ a rege Cyro qui in pſide regnauit. ¶ Diſſidẽs plebis numero beatũ eximit uirtus. Ordo eſt: phrahaten eximit nũero beatorũ uirtus q̃ plebis numero diſſidet:hoc ẽ q̃ uirtus.i.ſapiẽtia nõ eſt apud plebẽ. ¶ Populũq; falſis dedocet uti:dedocet ,p dedocere cupit.i.diſſuadere populo btm̃ dicere eũ q regnũ & diuitias poſſideat:q falſo hoc dr.ſolũmodo illũ & diuitem & regẽ & ſecũ eſſe affirmãs q diuitiis aliẽis nõ inuideat:nec eas cõcupiſcat. ¶ Propriãq; laurũ : laurũ pro laurea:per hoc gloriã intelligimus:,ppriam aũt ,ppetuam. ¶ Oculo irretorto:hoc eſt oculo non inuidenti.

¶ CH. Creſcit idul. Rõ q̃re ditior erit q aiõ ſiperauit:qm̃ niſi frenũ cupiditatibꝰ iponãus: ifinite erũt ergo inſatiabiles. Ergo nũq̃ diues qa ſp deerit aliqd:& pbat hydropici exẽplo:in quo qm̃ infinita ſitis excitat q̃to plus bibit:tanto plus ſitit. Hydropiſis græcũ uerbũ latine ſubcutaneus morbus appellatur qm̃ ſub cute aqua

ſit q̃ uenter turgeſcit: ſic ẽt & ab aqua græce denoiatur:nã hydor aqua eſt. ¶ Sibi dirus.crudelis ſub ipſi : nam potãdo ſibi ipſi mortis cã eſt. Nec ſitim pellit niſi cã morbi fugerit uenis. Nam quẽadmodũ hydropico nunq̃ ceſſat ſitis potando:niſi pellat ẽ uenis cã q̃ ſitim gignit:ſic in nobis nõ ſatiat auaritia : niſi pellatur ex aĩo infinita cupiditas habẽdi. ¶ Langor aquoſus:ipe morbus q aquã iducit:unde fit lãgor. ¶ Corpe albo.pallido.pſius Turgidus hic epulis:aq̃ albo uentre lauat. Lãgor ,ppriæ eſt defecto uiriũ & ſucci naturalis in corpore:hinc lãguere dicunt herbæ quæ areſcere incipiunt:ſed & animi debilitatẽ defectumq; languorem dicimus. ¶ Phrahatẽ.hunc dicũt nõnulli a.M. Anto.regno exutũ deide ſuis uirtutibus ab auguſto reſtitutũ. Alii referũt a parentibus deſtitutũ: & regno a principibus pulſum ad indorũ phos bragmanas ſiue gymnoſophiſtas acceſſiſſe & cũ ſapia & doctrina multũ ,pfeciſſe:tandẽ a ciuibus qui ſuarũ uirtutũ fama moti ſunt in pſiam reuocatũ & regno reſtitutũ magna doctrinæ documẽta dediſſe. Ergo plus ,pfuit regi uirtus q̃ opes aut diuitiæ. Ordo uero ſit. Virtus beatũ ,p beatorũ diſſidẽs plebi.i.diſſentiẽs a plebe:nã uirtus q̃ recta ſũt ſentit:plebs ãt ex inſcitia falſa oĩno. ¶ Eximit phrahatẽ numero.i.e numero.ſ.grege qa reddit illũ egregiũ & remotum a numero. Enumerat iter paucos:& dedocet populũ.i.ipſam ſtultã & ignarã plebẽ uti falſis: dedocere ãt ẽ cũ remouemus ex hoie qd̃ prius didicerat & eũ cõtrariũ docemꝰ. ¶ Falſis uocibus.falſis iudiciis. ¶ Deferẽs uni regnum: & Diadema tutũ.i.regnũ cuius inſigne eſt Diadema & refert ad paradoxũ illud qd̃ eſt oẽs ſapientes reges eẽ & eorũ regnum tutũ eẽ deferẽs ergo uni.i.ſoli ſapiẽti. Nulla.n.uis ſapiẽti uirtutes quibus uere regnat eripere poteſt. ¶ Et ,ppriã laurũ. ,ppriã uictoriã & triũphũ:Nam laurũ poſuit ,p laurea q̃ coronant triũphãtes:& dixit ,ppriam laurũ:quia nunq̃ a ſapiẽte eripi põt huiuſmõi ſemp.n.de uitiis triũphat. ¶ Vnicuiq;.i.ſoli illi quicũq; is ſit qui ĩgẽtes aceruos.i.grandes pecuniarũ cumulos reſpicit. ¶ Oculo irretorto.i.nõ reflexo a iuſticia ad cupiditatẽ. Eſt ergo ſnia uirtutem facere eos reges qui pp cupiditatem aurinõ dimouent a iuſticia : orationis aũt contextus eſt:uirtus deferens regnũ & diadema tutũ & ,ppriã laurũ.i.illi ſoli quiſq; ſpectat aceruos pecuniarũ oculo iretorto:non.n. uetamur ſpectare.i.cupere pecunias:utiles.n.ad multa ſunt: at illis multos ſubleuare poſſumus. Sed ſunt ita ſpectãdæ & cupiẽdæ:ut non pp illas uirtutes relinquamus. Diadema erat faſcia linea: q̃ reges caput circũligabãt. Nã διαδημα græce circũligo ſignificat. Quapropter cũ pompeius pp dictum crus obligaſſet faſcia:audiuit a ,ptereũte plebeo mordax illud dictũ nihil intereſt qua parte corporis diadema ferat Pompeius dummodo regnet. Aſt alexander uehementer ſuos offendit:cũ poſt uictoriam habitam de perſis depoſito lineo ſimpliciq; diademate patrio perficum auro purpuraq; ornatum ſumpſit.

¶ Ode.iii.tricolos tetraſtrophos ad Deliũ de temperantia & liberalitate.

Argumentum. ODES.III.

Equam memẽto rebus i arduis
Seruare mẽtẽ nõ ſecus i bonis
Ab inſolenti temperatam
Lætitia moriture deli.
Seu mœſtus omni tempore uixeris
Seu te in remoto gramine per dies
Feſtos reclinatum bearis
Interiore nota falerni
Quo pinus ingens:albaq; populus
Vmbram hoſpitalem conſociare amant
Ramis & obliquo laborat
Lympha fugax trepidare riuo
Huc uina & unguenta : & nimiũ breues
Flores amœnæ ferre iube roſæ
Dum res & ætas & ſororum
Fila trium patiuntur atra

¶ ANT. Delium hortat ad fortitudinem & temperãtiã ut tum in aduerſis tũ proſperis ſibi temperet eademq; mente & uultu conſiſtat : Hinc optime Seneca. Nemo deſperet meliora lapſis. Nemo cõfidat nimium ſecũdis. Cumq; moriturus ſit ei conſulit:ut lætiori uitæ incũbat:dũ res & ætas pcæq; ẽt ſinunt. ¶ Cedet.n.relictis agris domo & uilla. Nec aliquid intereſt diues ne ac nobilis:an pauper & ĩfimus natus fuerit oẽs qppe Serius aut citius charontis Cymbã adibimus. Ode eſt ſimilis nonæ li.i. ¶ Aequã memento. Ordo eſt. Memẽto rebus in arduis.i.aduerſis ſeruare mẽtẽ æquã ideſt eandem & imutabilẽ. Non ſecus in bonis.i.proſperis ſeruare temperatam ab inſolenti lætitia. O deli moriture. ¶ Ab inſolenti tempatã lætitia. Cice.li.i.offi.docet quomodo fortis animus & magnus maxime cernitur : ſi nulli neq; homini neq; perturbationi animi nec fortunæ ſuccumbat in tẽperantia quoq; ut idem ait. Verecundia & quaſi quidã ornatus uitæ oĩſq; ſedatio pturbationum animi & rerũ modus cernitur. Et li.iiii. Tuſc.inqt. Quemadmodum Tẽperantia ſedat appetitiões:efficit ut hæ recte rõni pareant: Sic huic inimica intẽperantia oẽm aĩ ſtatũ inflãmat conturbat: incitat. ¶ Inſolẽti lætitia:imoderata uel nimia. Cicero.n.li.iiii. Tuſ.ait. Atq; ut confidere decet timere non decet. Sic q̃dem gaudere decet lætari non decet. Prius ẽt dixerat. Nam quum rõne animus mouetur placidæ atq; cõſtanter: tum illud gaudium dicitur. Quũ autem & inaniter & effuſe animus exultat:tum illa lætitia geſtiens uel nimia dici poteſt:quam ita definiunt ſine ratione animi elationem:habet enim profuſam hilaritatem. ¶ Seu mœſtus uixeris:Senſus eſt.q; uel mœſtus uel lætus uixeris:moriturus es omnino. ¶ Seu te.ordo eſt. Seu interiore nota falerni bearis te reclinatum in remoto gramine per dies feſtos. ¶ Interiore nota falerni: ideſt ſecretiore uini optimi cado ſignato quo uidelicet tempore quibuſue conſulibus illud ſeruatum fuerit. ¶ Hoſpitalẽ.hoſpitio aptam. ¶ Trepidare.i.feſtinare. ¶ Dum res.i.ipſa rerũ copia. Et patrimonium. ¶ Sororũ trium:parcas intelligit de quibus late in carminẽ de floribus diximus & alibi:hæ aũt dicuntur habere manibus candida fila & nigra. Candida fœlicitatem:nigra uero infœlicitatẽ ſignificãt. Pãpinius. Iãq; dies aderat parcarũ conditus albo Vellere. Ouidi.itẽ in ibin. Dixerat at Clotho iuſſit promiſſa ualere: Neuit & ĩfeſta ſtamina pulla manu. ¶ Cedes:migrabis inquit a tuis bonis. ¶ Fila atra:quæ.ſ.mortis admonent:& minantur ideo atra inquit.

Diadema

Fortis animus

Temperantia intẽperantia

gaudẽ

Lætari

gaudiũ

Lætitia

Parcarũ ſtamia

¶ACR. Aequam memẽto.i.æqualem ĩmutabilem habens ſemp moderationis propoſitum .i. i aduerſis talis ſis q̃lis in proſperis.⁊Inſolenti.ĩmoderate lætam ſiue ĩconſuetam:moriendũ enim eſt:ſeu tenax ſeu largus uixeris.⁊Reclinatum:in bibendo reſupinum & ſoluto a curis aĩo te beatum feceris.⁊Interiore nota.ſ. In interiore.n.uina reſeruãda reponunt quibus ad uetuſtatis indicium & tempus conditum aſcribit.⁊Quo pi.inge.quæ magnitudine ſua amœnitatem potantibus præſtat.⁊Albaq; populus: interiora enim populi folia alba ſunt: ut bicolor cum populus umbra.⁊Vmbram hoſpitalẽ.Refugium propter æſtum generaliter p̃ſtantem.⁊Conſociare:condenſare & opacam facere.⁊Trepidare: feſtinare:ut ne trepidate uiri.⁊Huc.i.ad ne morã & pinus inſtrumenta conuiuii & uoluptatũ parentur.⁊Breuis.genitiuus eſt breuis autem cito tranſeũtis & temporalis:ut ipſe ſupius:& breue lilium.⁊Dum res &ætas.patrimoniũ & iuuenta apta lætitiæ.⁊Filatriũ:quæ mortem admoneant & minentur. Ideo & atra.Virgili.Extremaq; fila.laus heroicæ legis.

tm̃ terræ esse q̃tum: uno die boues iũcti arant. Columella aũt distinctius rẽ prosequẽs ait iuger dici a iũctis actibus. Ponit. n. sex decim digitos pedẽ facere & qnq; pedes passum ducentos & uiginti passus actum. Duos deniq; actus simul iunctos asserit iuger facere. Erit ergo iuger quadringentorũ quadraginta passuum. ¶ Atro: ad arãdum cum ois pene ager uillis hortisq; occupet. ¶ Stagna cõquerit nimiũ spacium uiuariis ac piscinis occupari: ponit igitur stagna pro uiuariis. Quæ quidem iam uidebantur extendi undiq; latius lucrino, i. maiori spacio q̃ lucrinus sit. Lucrinus aũt & auernus lucus sunt in baiano sinu contra puteolanam ciuitatem: qui olim ex piscium copia uectigalia magna p̃stabãt: sed cum maris ipetus: plerũq; irrũpẽs inde pisces excluderet: & redẽptores grauia damna pateretur: idq; apud senatum conquererẽtur missus est. C. Iulius Cæsar q ductis brachiis exclusit partẽ maris quæ ãte infesta erat: atq; p auernum breue spaciũ reliqt: qua & pisciũ copia posset itrare: & fluctus nõ ẽent molesti: hinc Virgil. An memorẽ portus lucrinoq; addita claustra. Atq; indignatũ magnis clamoribus æquor: Iulia qua ponto lõge sonat unde refuso: Tyrrheusq; fretis imittit æstus auernis. Est aũt hoc appellatũ opus iuliũ: & ab aliis ocia maris. Quærit ergo poeta q; priuatorũ uiuaria latiora sint q̃ publici lacus: sed pfecto prisci maximos fructus ex uillaticis piscinis capiebãt: scribit Amneus i piscinã q̃ in uilla plausippo est: piscẽ a pollione missum post sexagesimũ annũ expirasse duobus eq̃libus superstitibus: primæ piscinæ ostreis positæ sunt a sergio orata tpe Crassi oratoris: deinde reliquorũ pisciũ uiuaria inuenit. L. Murẽa: Huius exẽplũ secuti sunt Philippus: inde Hortẽsius orator q suæ piscinæ Murenã adeo dilexit ut extinctã fleuisse credat. Lucullus aũt excisio ẽt monte iuxta neapolim maiore ipedio q̃ uillã ædificarat. Eurypum & maria admisit: ex quo illũ põpeius xerxem togatum appellauit: Curius Cæsari in suis cœnis triumphalibus murenarũ sex milia numero mutua dedit. ¶ Platanus: hæc arbor in Diomedis insulã prius inde in siciliam: & illinc in Italiam inuecta ẽ hæc nisi amœnã dẽsamq; pp latitudinẽ foliorũ umbram præbeat inutilis pene est. Est. n. sterilis: unde Vir. i. Buc. & steriles platani malos gessere ualẽtes: sed potantibus amœnam & uoluptuosam umbram p̃bent: hinc Oui. Et platanus genialis acerq; coloribus ipar: uino eius radices irrigabant. quoniam id ad crescendum utile cognitum est, ait Plinius in lycia iuxta fõtem & uiæ imminente platanum eẽ in formam domicilii concauam & octoginta unius pedum specũ facere umbra ita dẽsa ut etiam imbres arceat. erant & chameplatani minores & ueluti inter homines pumiliões: multa secula durare ea rõne credit Plinius q; auctores extarẽt platanum delphicam suis temporibus adhuc uiuẽtem manu Agamẽnonis satam esse. Cælebs per acyrologiam dixit celibes enim q caste degunt appellamus: qa cælo digni sint. Cælebs ergo idest ifructuosa: nam in cœlibatu nihil gignit: uel celebs: qa nõ maritat uitibus: ut ulmi quæ q̃uis & ipsæ nullũ fructum ferant: tamẽ qa uites sustinent fructuosæ uideri possunt: ergo dolet q; platanus ulmos iam uincat. i. q; maior sit platanorũ q̃ ulmorũ numerus futurus: cum ulmi uites substineant platani non sustineant. Violaria: dãnat luxum in hortis quos ultra modum propagabant & illis locum antea oleis arboribus fructuosis datum occupabãt: dãnat autem eam spẽm hortorum q solis floribus conserunt. Ordo est. Violaria & myrthus & ois copia sparget uarium odorẽ oliuetis fertilibus: idest quæ fertilia fuerant. Domino priori. i. illi q antea possidebat. ¶ Oliuetis: nõ oliuetis: sed solo in quo antea oliueta erant: nã iã illis excisis horto datus erat locus. Sed notandum uerbum quod dupliciter proferẽ: nam aliter dicimus. Sparge marite nuces: & aliter: spargite humum foliis. ¶ Laurea: laurus quam decẽter iuxta myrtum nominat: nam Virg. Et uoso lauri carpã: & te proxima myrte: Sic positæ quoniam suaues miscetis odores. ¶ Ictus: nomẽ est uerbale a uerbo prisco ico. cis. Lucretius. Nec radio citius uita se tollit & icit. ¶ Præscriptum: præceptũ. ¶ Intonsi. q. d. prisci. nã nõ nisi post. cccc liiii. urbis annos Romæ tonsores fuerunt sed in tonsi manebant. Vnde itonsum & barbatũ pro uetusto & prisco ponũt. Iuue. Facile ẽ barbato iponere regi: intelligit igitur de Catone cẽsorino portiæ familiæ auctore: cuius tãta in censura seueritas fuit: ut & collega suus illũ timeret. Tria sũma habuit: fuit enim optimus dux: optimus orator: & optimus senator. Et quod illius pprium sit nomẽ sæpius ẽ accusatus Quater. n. & quadragies cã sibi dicẽda fuit & semp absolutus est quod uerisimilius est. Si uero ad uticensem referas dices i tonsi: qa ex quo ciuilia bella icepta sũt: nunquam tonderi passus est. Lucanus. Ille nec horrifera sancto dimouit ab ore Cæsariem: duroq; admisit gaudia uultu. Vt primũ tolli se ralia uiderat arma Intonsos rigidam in frontem descendere canos. Passus erat: miseramq; genis increscere barbam.

¶ ANT. Auspiciis: pricipiis & ductu. Intõsi eatõis. i. rigidi & hispidi ppter seueritatem: intelligendũ uero est de maiore catone: tũc. n. meliores erant. Præterea intonsi ueteres dicunt qm̃: ut scri. Pli. lib. vii. Tonsores in italiam ex sicilia uenere post Romã cõditam ãno quadringentesimo qnquagesimo quarto adducẽte. P. Ticinio Mena: primus oium radi quotidie istituit Aphricãus. Sequens diuus augustus cultris semp usus ẽ. ¶ Norma recta uiuẽdi regula. ¶ Priuat, cẽsus: res ppria. ¶ Cõe. i. res cõis & publica. ¶ Nulla decẽpedis. Sẽsus ẽ: nullus priuatus uir habebat porticũ tãtam ad septẽtrionẽ p æstiuo sole uitando: q̃ ẽt potuisset sufficere umbræ solis uicini plagæ septẽtrionali. tũc. n. umbræ sũt minimæ: qd̃ Iuue. Saty. vii. inuit dicens. parte alia longis numidarũ fulcta colũnis Surgat: & algentem rapiat cœnatio solem: id qdem priores non habebant tãti luxus. ¶ Decẽpedis. Decẽpeda regula ẽ seu ptica decẽpedũ: q̃ fabricæ mẽsura colligit. Est ãt sensus q; ãtiquorũ portico nõ erat tãta ut potuisset decẽpeda mẽsurari. ¶ Metata. mẽsurata. ¶ Opacã arctõ. i. ũbrã solis uicinioris arcto. i. ursæ boreali. ¶ Fortuitũ. i. forte &

Auspiciis ueterumq; norma
Priuatus illis census erat breuis.
Commune magnũ, nulla decẽpedis
Metata priuatis opacam
Porticus excipiebat arcton
Nec fortuitum spernere cespitem
Leges sinebant: oppida publico
Sumptu iubentes & deorum
Templa nouo decorare saxo

casu inuentum quocũq; loco. ¶ Spernere: quin ibi sederẽt iacerent ue. ¶ Leges: quæ. f. parsimoniã iubebãt. Luxum quoq; prohibẽtes. ¶ Nouo saxo. i. externo loco adducto: Marmor. n. e laconia petebat uiride & p̃ciosum cunctisq; hilarius ut scribit Plinius. libro. xxxvi. Ex armenia quoq; & ægypto uectum est marmor: item e numidia Caristo & Chio Iuuena. quoq; Saty. xiiii. inquit. Græcis longeq; petitis marmoribus. marmorum patriæ

¶ ACR. Normã, p recta uita posuit. Metaphora a fabris qui normã uocant ad quã opus dirigũt. ¶ Cõe magnum: cõis res omnis erat illis ut in cõe bonum. ¶ Nulla decẽpedis. decempeda regula est decempedum ad quos ab artificibus fabricæ mẽsura colligitur. n. nulla priuata domus erat quæ porticum haberet tãtæ magnitudinis ut posset sufficere umbræ sole uicino septẽtrionali plagæ. tũc. n. paruissimæ sunt umbræ: Nam hyemali tpe latissimas ẽt porticus solis occupat radius. ¶ Excipiebat arcton: quæ tanta esset porticus: ut septẽtrionali plagæ sufficeret sui magnitudine. & ad hanc tantũ pateret p declinatione solis & auræ exemptione ad cœli. n. clima seu porticus ueteres seu ædificia cõstituebãt. unde & iuue. Decẽbri hyemale. Et algentẽ rapiat cœnatio solem. ¶ Metata. mẽsurata. disposita. nã metari dicebant castra magna cura ducũ peritiaq; cõstituit: qd̃ augmẽtum luxus ædificio priuato dedit. ¶ Nec fortuitũ spernere cespitẽ. i. nõ licebat aut neglectũ horrere aut ridẽri eũ qui super herbã recũberet: aut dormiret: p qd̃ significat simplicẽ ac sine ambitu uitã ueteribus romanis fuisse. nec magna cura priuatas opes curare & dũ studium omne publico ornatui impendẽretur & templis.

¶ POR. Normã: p regula dixit. Fertilibus dño priori q̃olim uera sub priore dño. i. sub prioribus tpibus colebantur & iccirco fertilia erant. ¶ Tum spissa ramis laurea feruidos. Excludet ictus & laurea arbos infructuosa est & tantum uoluptuosis locis apta. ¶ Priuatus. i. c. e. b. cõe. m. idest familiarem rem angustam habebãt rempublicam magnam. ¶ Nulla de, nemo inquit priuatam domum ædificans decempedum porticum septẽtrioni obiectam metabatur. Septentriõi autem obiecta porticus æstate delicatioribus grata est. quia solem nõ contingit. ¶ Nec for. c. l. f. Sensus & ordo est. hic nec sinebant leges spernere cespitem fortuitum: idest non licebat irridere eum qui super stipulam recũberet aut dormiret. propter quod significat simplicem aut sine ambitione uitam ueteribus romanorum fuisse. ¶ Oppida. p. f. i. &. d. t. d. f. hoc est opera templorum in oppidis publico sumptu iubentes ædificari. est ergo hic figura schema quod ενδιὰ δυοῖν dicimus: unum i duos sensus diuisit. Oppida enim & deorum templa pro eo quod est oppidorum templa.

¶ CHRI. Auspiciis. impis & ptãte. Virgi. paribusq; regamus auspiciis. ¶ Romuli: quo regnãte duo agri iugera satis erant. ¶ Norma. instrm̃ est quo fabri sua opera dirigũt. Hic per translationẽ pro lege posuit. Decẽpedis regula erat decempedum qua fabricæ mensuram colligebant. Sententia autẽ secundum Acronẽ est q; nulla eẽt domus priuata quæ porticum tantæ magnitudinis haberet ut posset sufficere umbræ solis quũ septentrionalis ẽ. tũc. n. umbræ minimæ sunt: quoniã pene ad lineam capita nostra ferit. q̃ndo autẽ meridianus ẽ: tũc extransuerso nos petens ad longũ spaciũ ædificia aperta subit: & umbras longius iacit. Sed erit fortasse aliud sensus. Antiqui enim habebant: ut & nos loca ad meridiem exposita: in quibus hyemali tempore applicarentur & in sole discumberent. habebant itidem quæ ad arcton & septentrionem spectarent & nullum solem admitterent: in quibus in æstiuis mensibus amœno frigore epularentur. hoc q; nunc poeta exprimit. Sitq; Sentẽtia nulla porticus decempedis. i. nulla porticus adeo ampla erat ut peruenirẽt ad mensuram decẽpedum. nõ enim negat fuisse illis porticum: quæ uergeret ad septẽtrionem: qua calores arcerẽt sed negat illas decempedes fuisse sed breuiores. ¶ Metata: quasi magno spatio mẽsurata. nã metari castra quæ magna sunt dicebantur. quod spatium nunc luxui priuato dari conqueritur. ¶ Nec fortuitum. c. sp. q. d. pro non parua uoluptate erat si forte cespitem in umbra inuenissẽt in quo discumberẽt. aut recumberẽt quem leges spernere nõ sinebãt. nam ita seueræ erant in coercẽdo luxu ut cespes pro summa uoluptate haberetur. ¶ Oppida publico sumptu. Sententia est. q; in publicum diuites essent & illis diuitiis aut oppida ædificabãt: aut templa exornabãt. ¶ Nouo saxo: idest externo & aliunde inuecto propter quod illis nouum erat.

Argumentum. ODES. XVI.

¶ Ode. xvi. dicolos tetrastrophos ad Grosphum de Ocio.

Cium diuos rogat in patenti
Prensus ægeo: simul atra nubes
Condidit lunã: neq; certa fulgent
Sydera nautis.
Ocium bello furiosa thrace.
Ocium medi pharetra decori
Grosphe non gemmis neque purpura ue
Nale neq; auro.

¶ ANT. Scribitur ode ad grosphum dicẽs ociũ multos temere optare a diis: cum per seipsos habere possint remota rerum praua cupiditate & auaritia. Vnde non diuitiis: non honoribus curæ cedunt: sed sola mentis & animi quiete, qui paruo gaudet. hinc Horati. ipse paruo lætus lyricis uacat ocio fruens. ¶ Ocium: diuos. Ordo est. o grosphe simul atra nubes condidit lunam: neq; fulgent nautis certa sidera prẽsus i patẽti ægeo rogat ociũ diuos. Ociũ uacatio ẽ a labore: cuius cõtrariũ ẽ negociũ. ¶ Prẽsus: a tempestate deprehensus. ¶ Aegeo. ... ius maris cõfracti exitus sparsis insulis fluctus adeo & ipsi plærunq; strident & fremunt ut nullum aliud esse mare credatur quod maiores efferat motus neq; periculosiores. portenditur autem usq; tenendo: ubi tanq̃ tantæ tedeat amplitudinis in angustum delabitur alueum. scribit id Diony. scribit & plura Plin. ¶ Certa sidera: siderum obseruationem i nauigando phœnices inuenerunt ut scri. Pli. li. vii. ¶ Bello, furiosa thrace. Thraces enĩ bellicosi sunt: inde phillis ait apud Ouidium. Armiferam thracẽ: qui regat alter erit. Vbi etiam Ouidi. sicut Horatius hoc loco græce uariauit Thrace thraces: latinæ enim Thracia dicitur. Venale. id proprie dicitur quod est uenditioni expositum. Vendibile uero quod facile uẽdi potest. hinc autem poeta usus est Tmesi figura. Consularis lictor. dignitas consulum & huiusmodi quæ omnia ocium denegant. Ocium ægeum mare Venale uẽdibile

¶ACR. Ocium diuos rogat. Hac ode indicat ocium nemini non gratum esse atq; optabile: asseritq; a diis stulte hoies ocium præcari: cum ipsi sibi id ꝑstare possint. si cupiditatibus modus ponatur. Nullis præterea diuitiis aut præmiis emi posse. ordo est. Grosphe simul atra nubes condidit lunam: neq; sydera fulgent certa nautis præhensus in patenti. ¶ Aegeo: rogat diuos ocium non uenale gemmis: neq; auro: neq; purpura. ¶ Patenti: lato mari & ubiq; diffuso sine littoris alicuius aspectu. bene præhensus tanq̃ furtum nauigans faciat insidiatus serẽo ægeum autem mare ab ægeo thesei patre dictum. ¶ Certa sydera: nota aut certe fidelia: quorum claritudo pernox sit ut merito eis credatur. idest septentrio: unde & Luca. Miseros fallentia nautas Syderanõ sequimur: sed quæ non mergitur arctos. ¶ Ocium. b. optabile etiam bellicosis nationibus ocium dicit. ¶ Phareetra decori: quia sagittarum usu & armorum splẽdore decori sunt persæ. ocium naturale animi affirmat bonum: quod nullis possit diuitiis comparari. ¶ Gaze diuitiæ. ut Troia gaza per undas: hoc uero est q̃ non diuitiæ homines ab inquietudine excusent. sed quies & electa mediocritas. Ordo est. non enim gaze neq; consularis lictor summouet miseros tumultus mentis: & curas uolantes circum laqueata tecta.

¶POR. Ocium. d. r. i pa. p. æ. Hac ode Grosphum equitem romanum alloquitur sicilienſem idicans nemini non ocium gratum esse atq; optabile. ¶ Ocium diuos rogat in patenti prensus ægeo: dicit omnes stulte a diis ocium optare cum ipsi illud sibi præstare possint: quippe cum nullis præmiis ematur. non. n. inquit diuitiæ aut honor sunt cuiquam quominus inquietam sollicitudinis mentem patiatur. Et curas laqueata circũ tecta ostendit non alibi grauiores curas esse q̃ ubi maiores opes sunt.

¶CHRI. Ocium. d. ro. in pa. Ex oĩbus q̃ hactenus descripta sunt carmina nullum reperies quo seuerius increpet humanæ mentis cæcitatem. nam cum naturali impulsu oẽs ocium cupiant. Idq; sibi: modo suas cupiditates intra rationis terminos cohibeant: ꝑstare possint: stultitia tamẽ summa id a diis petunt: cum interim auaritia ambitioneq; eos impellẽte assiduis laboribus atq; piculis se crucient. Ergo alius prensus pro deprehensus a tempestate in mari. ¶ Rogat diuos ocium: idest cessationẽ & quitem a tempestatibus: quam ipse: si auaritiæ impulsu mare nõn intrasset: sibi præstare potuisset. ¶ Patenti: quia amplioris est tractus. ¶ Ageo. species est pro genere posita. Cæteræ ægeum mare a scopulo qui non procul à tenedo est: denominatur. ille. n. speciem capræ habet. Capram autem αἰγὶ graeci nominant. Alii uoluntab ægeo atheniẽsium rege qui ex alta specula in id se ꝑcipitem dedit: esse ægeum dictum. nam cum ita iubentibus sortibus in crætam enauigasset filius theseus: uelaq; nigra ueluti a minotauro deuorãdus detulisset: iussusq; esset: si forte incolumis reuerteret: ut uela mutaret in alba: oblitus est id facere theseus. Quapp nigra cõspicatus ægeus. propterea q; filium periisse ratus: se ut dixi præcipitauit. Est autem mare latũ: & incipit ab hellesponti finibus: nullũq; olim insulis & uiris illustribus maiori fama fuit. nostro aũt sæculo turpi seruitio ꝑmitur & plæræq; insulæ deserte iacẽt. ¶ Cõdidit lu. & sic obscurauit cœlũ contra alibi. Nec candida cursum Luna negat. ¶ Certa: nam abscondit ea sidera quæ cognita certaq; sunt nautis: ut est ursa & reliqua. ¶ Thrace: in noiatiuo est & græca declinatio. ut Θρᾷξ Θρᾷκος. nos hæc tracia dicimus. ¶ Furiosa: sine ratione bellicosa. nam sæpe ebrietate impulsi i prælia descendunt uel furiosa pp bacchi sacra illic ab orpheo istitura: & tũc erit furiosa: furore diuino repleta propter bacchantes: sed prima interpretatio rectior. ¶ Ocium: repetitio ẽ color rhetoricus: quo Oratio splendidior simul & efficatior reddit. ¶ Medi: p parthis posuit. ¶ Decori pha. qa ut iam demonstratum est. multũ ualent sagittis. Snia est q̃ & q nauigãdo & q pugnando labores & picula subeũt: ea ratione laborant: ut in ocio uiuant stultissimi. pfecto. qui si & auaritia & ambitione a se ppulsatis modico cõtenti uiuere uelint sibi ipsi ociũ præstare possint. ¶ Venale: id dicimus quod uendẽdum ꝑpõitur ergo est uenale qd emi põt: ocium autem dicit non posse emi gẽmis & purpura. i. magnis diuitiis nã ocium ꝓuenit ex tranqllitate mentis quæ tunc deniq; existit: cum iam rõni obtemperãte appetitu oĩbus pturbatiõibus uacamus. sed ipia & diuitiæ augẽt perturbationes: non tollunt. ergo non erit uenale ociũ illo præcio: metricã aũt diuisit uenale qd sæpe facit pyndarus. ¶ Gaze: amplæ diuitiæ. ¶ Consularis. l. pro oi magistratu & impio posuit. ergo nec diuitiæ nec imperia remouent.

¶ANT. Laqueata tecta: laq̃aribus ornata: laq̃aria ãt sunt loca ipsa q̃drata in tabulatis. ¶ Cui paternũ supple bñ uiuit illi cui &c. ¶ Splẽdet: splẽdere uũtãq̃ argẽteũ uel aureũ. ¶ Salinũ: patella erat in q̃ primitiæ diis cũ sale dabant nũc tñ ꝓ uasculo domestico salis dixit. Scri. ita. Porphyrio. Timor uel reꝝ suaꝝ: uel sui ipsi: diuitibus. n. sæpe isidiæ parant. ¶ Cupido sordidus. Praua cupiditas. i. auaritia: sed ꝑter morẽ genere ꝓtulit masculio. ¶ Iaculamur. appetimus: metaphora ẽ ab his: qui iaculo appetunt hostes. ¶ Alio calentes sole: Virg. itẽ li. ii. g. Atq; alio patriã q̃rũt sub sole iacẽte. Mutamus. auaritiæ cã. ¶ Se quoq;: sicut patriã. Se aũt. i. seipsum & curas eius: quæ gdẽ psequunt quẽlibet uel nauibus uel eqs fugerit: nisi paruo cõtentus fuerit. ¶ In psens. in res ꝑsentes: nõ in futuras. ¶ Risu: ut illud. Spẽ uultu simulat ꝑmit altũ corde dolorẽ. ¶ Abstulit clarũ p exẽplanil eẽ beatũ ab oĩ pte ꝓbat achilles. n. quãuis clarus eẽt & illustris: & inclytus: tamẽ iuuenis obiit. Tithõus uero quãuis diutius uixerit: tamẽ senecta oppressus ẽ: & uersus in cicadam ante obitum. ¶ Et mihi forsan.

Non enim gazæ neq; consularis
Submouet lictor miseros tumultus
Mentis. & curas laqueata circum
Tecta uolantes.
Viuitur paruo bene. cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum
Nec leues somnos timor aut cupido
Sordidus aufert.
Quid breui fortes iaculamur æuo
Multa? quid terras alio calentes
Sole mutamus? patriæ quis exul
Se quoq; fugit?
Scandit æratas uitiosa naues
Cura. nec turmas equitum relinquit
Ocyor ceruis. & agente nymbos
Ocior euro.
Lætus in præsens animus: quod ultra ẽ
Oderit curare. & amara lento
Temperat risu: nihil est ab omni
Parte beatum.
Abstulit clarum cita mors achillẽ.
Longa tithonum minuit senectus.
Et mihi forsan tibi quod negarit
Porriget hora.
Te greges centum. siculæq; circum
Mugiunt uaccæ. tibi tollit hinnitũ
Apta quadrigis equa. te bis aphro
Murice tinctæ
Vestiunt lanæ. mihi parua rura &
Spiritum graiæ tenuem camœnæ
Parca nõ mendax dedit. & malignũ
Spernere uulgus.

sensus est. forsan & ego diutius te uixero: q̃ paruo fruor. & lætior. tendit autẽ ad illd idem. nil esse beatum ab omni parte põt náq; dicior citius paupere mori. ¶ Te greges centũ. ostendit se paruo gaudẽtem ocio frui: & lyricis operã tradere: qd diuiti Grospho non accidit ob imminẽtes curas: hinc ex diuersis fortunis diuersa fiunt ingenia: & nihil ẽ ex omni parte beatum. ¶ Hinnitum: hypermeter est uersus. ¶ Quadrigis. i. ludis circẽsibus Quattuor autẽ equi simul iuncti quadrigæ quasi quadriagæ uocantur: qd scribit. Gel. libro. xviii. capitu. viii. ¶ Aphro mu. i. tiria purpura. nam apud tyrũ est purpurarũ piscatus. hinc tyria purpura optima omnium perhibetur. Auctor est Strabo libro. xvi. ¶ Murice. Murex piscis est firmiori testa circundatus: e cuius sanguine lana tiguit. de quo Plin. li. ix. ¶ Bis tinctæ lanæ. Dibaphã purpurã intelligit. Dibapha. n. dicebat quæ bis tincta esset magno impendio. quod Plini libr. ix. scri. ¶ Spiritum tenuem. ingenium tenue. ¶ Graiæ camœnæ. i. græce musæ in lyricis. n. græcos imitatꝰ ẽ. Alcæũ potissimũ. ¶ Parca non mendax. i. uera & imutabilis. uult ãt ex fato eẽ ut paruo cõtentus lyrica decãtaret. ¶ Vulgus spernere. i. uulgi plautũ & fauorẽ: p qd se minime ambitiosum eẽ ostẽdit.

quadrigæ

Dibapha purpura

¶ACR. Lictor. lictorẽ ꝓ dignitate posuit & honore q̃ ocia denegat. ¶ Miseros tu. mẽ. non alibi grauiores curas esse q̃ ubi maiores sunt opes demonstrat. uolantes autẽ dixit discurrẽtes. ¶ Laqãta. lacunaria: sicut Virgi. Atq; animum celerem nunc huc nunc diuidit illuc. In parteq; rapit uarias. perq; omnia uersat. Sicut aq̃ tremulum laberis ubi lumen ahenis Omnia peruolitat late loca summiq; ferit laquearia tecti: laquearia aũt dicuntur opaca cameræ in lacu collectæ. Vir. Dependent lychni laquearibus aureis. ¶ Viuitur. p. b. pauperta te sola beate approbat uiuere. Luc. O uite tuta facultas paupis angustiq; lares. ¶ Salinũ. ꝓ quocũq; uase posuit fictili mensæ pauperis: tamen salinum est patella in qua diis primitiæ cum sale offerebant. ¶ Cupido: pro auaritia dictus. unde & timor ꝓ custodia census. Iuue. Misera est magni custodia census. ¶ Iaculamur pro appetimus: & dũ breuis: uita sit maiora tentamus. ¶ Quis exul se quoq; fu. a uitiis auaritiæ suæ quis poterit fugere q dereliqt pr̃iam diuitias aũt q̃rit mutatione terraꝝ: ut ẽ. Atq; alio patriã q̃rũt sub sole iacẽtẽ. ¶ Scãdit æra ui. n. cõdit neq; mari neq; terra siue miliria posse quẽquã curas fugere suas uel peccatũ. ¶ Nec turmas eqtum. r. nõ deserit relictas turmas. relinqt. n. est deserit: sensus ãt hic ẽ. si equo q̃s uelit curas fugere. nõ ꝑt: q̃a & ceruis & ipsis uẽtis sunt uelociores. ¶ Lætus in ꝑsens. plus ꝑsenti læticia q̃ ipe futuri aium iuuari dicit. i. nõ plus letet q̃ expedit. ¶ Et amara. l. t. philosophicũ ꝓceptũ patiẽtiã exhortãs: ut aduersa læticia tẽperent & nõ latis ꝓsperis credat: maxie cũ uarietate uitæ nec ꝓ uoluntate ad oĩa fœlicitas cõstet nec sint aduersa cõtinua. ¶ Abstulit cla. ci. mo. achil. oñdit reꝝ humanaꝝ duo interesse cõtraria exẽplo eoꝝ q̃ sũt putati fœlices. achilles uero uirtute ꝑcipuus cita morte iuuenis piit: tithonus maritus auroræ tarde mortuus ẽ ꝓ dãna deficiẽtis ætatis: uiuẽdo. n. in cicadã cõuersus ẽ. & iõ nihil dicit eẽ hoĩ certũ dũ illũ cita mors pũierit: alteꝝ uero senẽ cõsumpserit ante uita q̃ fatũ. ¶ Porriget ho. horã pro tpe posuit. i. uariabilis fortuna ꝓsperabit mihi. ¶ Tibi amara. i. forsan tibi mors occurrendo me ptransibit. ¶ Te gre. cen. finitũ ꝓ infinito usus est: ut Mille meæ siculis errant in mõtibus agnæ. ¶ Bis aphro: p tyrio sicut indũ p carthaginẽsi. ¶ Mihi parua rura. dicit ita plærũq; diuersa esse ingenia ut fortunas i diuersis studiis: ut sicut alii honoribus & diuitiis clari sunt: ita hic carmine illustret mediocritatẽ. ¶ Camœnæ. gtũs singularis. ¶ Et ꝓsũm graiæ tenuem camœnæ. dedit mihi tenue ꝓgeniũ graiæ musæ. ut possem lyra cãtare primo a græcis inuenta: ordo ẽ: & parca nõ mẽdax dedit mihi tenuẽ ꝓsũm graiæ camœnæ & spernẽre malignum uulgus: graiæ camœnæ. i. græce uel quia græci fuerũt poetæ lyrici quos Hora. imitatus est: alcæus & sapho: uel quia primi græci carmina inuenisse perhibentur. ¶ Parca non mendax: immutabilis: uult enim fataliter sibi hoc ingenium attributum.

¶POR. Cui pa. sp. in mẽ. te. sali. i mẽsa tenui hoc ẽ in paupe: salinũ patella in q̃ primitiæ diis cũ sale dant: sed nũc ꝓ uasculo domestico salis dixit: dicit ãt bñ uiui pauptate qa paterna re familiari cõtẽtus uictũ nõ abhorreret. ¶ Nec leues. f. r. a. c. cupidinẽ hic nõ puto ꝓ amore posuisse: sed ꝓ cupiditate q̃re miror masculio eũ genere cupidinẽ dixisse: cum hac significatione hæc cupiditas dicat. ¶ Terras. a. c. l. m. sic & Vir. Atq; alio q̃rũt patriã sub sole iacẽtẽ. ¶ Patriæ. q. e. se quoq;. f. sensus ẽ qs se quoq;. i. aut uitiũ auaritiæ suæ aut ꝓpatiẽtiã suã potuit fugere q pr̃iam reliqt. ¶ Scãdit. æ. u. n. c. ꝓ hoc oñdit neq; mari neq; terra posse curas suas effugere. ¶ Nec t. e. r. id ẽ ẽt si equo uelis curas effugere sequent illæte tñ. sunt. n. ceruis & ipsis uẽtis uelociores: Lætus in præsens. pñtibus inqt delectemur ac fruamur: futura nõ q̃ramus. ¶ Et amara. l. t. r. amaritudinẽ uitæ hilaritatæ interposita leniat. ¶ Nihil ẽ ab. o. p. b. extrinsecus hic audiẽdũ ẽ q̃tenus cõcessum hoĩbus nõ ẽ: ut oĩa beati sint. ¶ Abstulit. e. c. m. a. l. t. ostendit diuersitatẽ reꝝ humanaꝝ duo iter se cõtraria posuisse breuẽ. f. Achillis uitã: & Tithoni usq; ad ultimã senectutẽ porrectã. ¶ Te greges cẽtũ siculæq; circũ mugiũt uaccæ: alii inqt diuitias insaciabili aĩo capiũt: at mihi paupertatẽ cũ animi æquitate: p quod oñdit sic ꝓgenia diuersa eẽ plerũq; hoĩbus ut fortunas. ¶ Te bis aphro murice tincte uestiũt lanæ: aphrũ muricẽ ꝓ tyrio dixit uidelicet: qa tyrii in aphricam transierunt. i. carthaginẽ condiderunt: bis tinctam aũt lanã dibaphã purpurã dicit: quã scimus esse ꝑciosissimam. ¶ Et spiritũ. g. t. c. parca nõ mẽdax dedit dixit spiritum tenuem. i. subtilem accipe. ¶ Camœnæ: gra-

ſæ autem ideo dixit q; hæc carmina ad imitationem græcorum ſcribit. Gaiæ genitiuus ſingularis eſt.

¶CHRI. Tumultus.i.pturbatiões mētis:neq; curas & ſollicitudines & anxietates aī. Dicit.n.cura quia cor urat:q̄s neq; diuitiæ nec opes ſed aīus cupiditatibus uacās tollit. Dicit āt tumultus q̄ſi timor multus. ¶Volā tes cir.t.l.nā ſp ī maioribus domibus ubi maioris fortunæ hoīes ſunt acriores curæ; morſus apparēt. ¶Laq̄ ta tecta:apparent in tabulatis magnæ; domo; loca q̄dam ex trāuerſis tignis in quadratā formā redacta quæ auro uariiſq; coloribus atq; ſigillis illuſtrantur: Hos lacus nominant: Sed ab eo q̄d eſt lacus fit lacunar. Vt ipſe alibi mea renidet ī domo lacunar. Et p antyſticon laq̄ar. Vir. Pēdēt lichni laq̄aribus aureis. Inde laq̄atū. ¶Te cta:nō ſolū ſup̄mum ædificii tegumētū tectū a tegēdo antiq dixere: Sed oīa ēt tabulata q̄bus & triclinia & cubicula:& reliq̄ huiuſcemōi tegunt:ut apud Vitruuiū apparet:ergo tecta laq̄ata.i.cōtignatiões domo; laq̄aribus diſtinctas. ¶Viuit pa.be.ſnia ē q; q neq; timore futuro; malo; p̄munt: neq; nimia bono; cupiditate inflamant:& pn̄tibus tenuiter q dem:ſed ſine ſordibus fruunt bene uiuūt. ¶Cupido:in maſculino deū amoris ſignificat:ī fœminino cupiditatē. Sed ī hoc loco ſordidus p ſordida dixit melioris ſonitus cā. ¶Salinū:pprie uas ē ī quo cū ſale diis primitiæ offerebāt: Sed pōt p uaſe pōī quo ſal ī mēſa ſit. Hic p oī ſuppellectile itelli ge. ¶Paternū:q̄ſi moneat nos oportere acqeſcere ſuppellectili a pr̄e relicta. ¶In te.m.mediocribus & nō ſumptuoſis epulis. ¶Necti:q eſt ex īpēdētibus malis. ¶Neq; cupi.q̄ eſt de futuris bonis nimia cura ita macerat ut ſonū nō capias. ¶Quid.b.f.iaculamur.i.appetimus:ſecū dū Acronē:& pfecto q miſſile iaculāt ad certū locū illud dirigūt.q.d.ſtultā ē ī tā breui ætate tā multa cōcupiſcere. Poſſumus ēt dicere iaculāur.i.multa ſine rōe tētamus: Nā iaculat q brachio uaheméter aſtā cōtorquet.cui ſimile ē q ſine rōne multa tētat. ¶Mutāmus.t.c. al.ſ. nā relicta pr̄ia petimus lōginquas regiões. ¶Alio ſole.ſol unus ē ſed dicimus aliū ſolē eſſe oriētalē aliū occidētalē: Sic ēt dicimus ī alio orbe.i.in alia pte orbis. Sic alibi. Impiger extremos currit mercator ad idos. ¶Patriæ qs exul ſe quoq; fugit.q.d.nullus: Nā q̄ uiſuolūtario exilio pr̄iam deſeramus ituri ī alias regiões q̄ſtus cā: tamēnō fugimus noſipſos.i.nr̄as curas:qm̄ illæ una nobiſcū aſcedūt naues. ¶Vitioſa.optīe:nā pōt eſſe cura cū uirtute.qn̄ mediocres & q̄tenus rō patit curas capimus:q̄ non anxios:ſed cautos & prouidos nos reddūt:& rebus agēdis q̄tū oportet itētos. ¶Aeratas:robuſtas ut æs. ſic Vir.temonē æreū dixit.uel æratas q̄ſi roſtratas. Dicunt.n.roſtratæ q roſtrū præ ferratū hēnt. ¶Turmas eq̄:qa ēt ī militiā nos ſequunt. ¶Ocyor.uelocior:cōparatiuū noſtrū ē:ſed eius poſitiuū græcū. ¶Lætus ī p̄ſens. Sapiētis ē frui datis:& ſiq d acerbū iciderit compēſare cū lætis:neq; āgi de futuro. Et cogitare uitā humanā ſp premi aliqua triſtiori re: Neq; uelle recuſare q̄d cū cæteris hoībus ſibi cōe ſit: Neq; eē ſperādā ætatē tithoni:neq; rurſus timēdā acerbā Achillis mortem. ¶Et mi.for.ut oñdat nemini cūcta pſpera euenire:neq; rurſus oīa aduerſa. Ait igit groſphū ditiorē eē ſed ſe forſan diuturniore uita uicturum. ¶Greges:de minoribus itellige ut oues ſunt & capræ. ¶Vaccæ:armēta uaccæ. ¶Mugiūt:ē.n.mugire boū:hinire uero equo; uñ dixit.hinnū p hinitū. ¶Apta.q.plurimis modis auget diuitias:nam oſtendit illum abundare non ſolū gregibus:ſed armentis:& illa alii ī ſicilia: ubi optima ſunt paſcua neq; ſolū hēre uaccas:ſed eq̄s:& eas natura ita ueloces:ut ſint aptæ q̄drigis.i.certamibus currulibus: Nā Pyndarus ſæpe huiuſcemodi eq̄s laudat. Quadrigæ pprie ſūt q̄tuor eq ad curr̄ iūcti ut bigæ duo. Ergo neq; currus neq; eq q̄drigæ aut bigæ ſunt:ſed utrūq; ſimul. ¶Bis tin. Exp̄ſſit qd græci dibapham dicunt. Purpura aūt cōchilis ſpēs ē: Hæc minor maiorq; inuenit:ſed minor buccinū appellat. Viuūt ſeptē ānis. Liquor ille quo ueſtes ficiebāt mediis faucibus ē ī cādida uena:neq; extrahit niſi a uiuētibus. Nā illū ſimul cū uita euomūt. Purpura ut ait Plin. diſtīguebat ſenatores ab ordine equeſtri. lingua purpuræ digytales:ſed tāta eſt duritiēs ut reliq̄ cōchilia pforet:& ſic paſcat. Aq̄ dulci necat:alioqn capta uiuit ſua ſaliua qnq̄ēis diebus: Variis ſolcis capiebāt maxīe circa tyrū:& circa tenaro; p̄mōtoriū laconicæ regiōis. Varii colores ex uarietate coquendi atq; ex uariar̄ rer̄ admixtione fiunt. Laudat tyrius q ī colorē ſanguinis cōcreti nigrās aſpectu idēq; ſuſpectu refulgens. unde ab homero ſanguis purpureus uocat. & Virgi:purpureā uomit ille aīam. Cornelius nepos q ſub auguſto uixit:uiolaceam purpurā tūc ī p̄cio fuiſſe cōmemorat. ¶Fuit & dibapha.i.bis tincta. Fuit & amethyſtus a lapilli p̄cioſi colore appellato. Hic color rurſus tyrio admiſcebat.unde erat thyria methiſto; purpura itidē cocco admixta colorē ſuſcipiebat quē byſſinū appellāt. Lōgior ſim ſi q̄ de purpura a Plinio ſcribunt ī mediū pferā. Vero; Seruius addit & nigriorē coloré quæſitū quē a ferrugine noīant. Virgi.in georgi. Cum caput obſcura nitidū ferrugie texit:& alibi & ferrugie clarus hibera. Sed ut ad poētā redeā. ¶Bis.t.i. dibaphæ. ¶Muricæ.p purpurea poſuit. ¶Vir. Tyrioq; ardebat murice lena. Nōnūq̄ ſignificat aſperitatē ſaxi. Idē i.v. Cōcuſſe cautes acuto ī murice remi. Muricē Mutianus ait eſſe latioré purpura neq; aſpero neq; rotundo ore: neq; in angulos pdeunte roſtro. ſed ſimplici cōcha utroq; latere ſeſe colligēte. ¶Afro: p tyrio quia inde carthagineēſes. Quin & aliæ plures ī africa erāt phœnicū colōiæ. ¶Spiritū tenuē. ſtilū depreſſū. Snia ē. tu diues:ſed ſine muſa. ego pauper:ſed cum muſa. Vult.n.ſibi a fato eſſe hoc ingenium. ¶Non mendax.q.d.ſtabilis:quæ pſtat in ſententia. ¶Spernere.u.nam ſp inimicus fuit auræ populi:neq; unq̄ ambitioſus. Sic alibi. Odi pfanū uulgus. ¶Malignū:infidum & qd bonis ſp obtrectat: Alias ſterile. Virg. Difficiles primū terræ colleſq; maligni.

Argumentum. ODES. XVII;

¶ANT. Dū mecœnas acriter ægrotaret morbi ſæuitia q̄rebatur.q̄re Horatius lōge dolebat.hinc ait ſe terreri & perimi quodāmō q̄relis illius. Sed nec diis nec ſibi gratū eſſe mecœnatē horatiū morte præire. Cū rerū ſuarū fuerit decus atq; p̄ſidium. Vnde iuratum ſe dicit nullo pacto uelle mecœnati ſupereſſe. Narrat inde ambo; horoſcopū cōuenire:cū eodem pene tpe oppreſſi fuerint:utq; iouis tutela mortem mecœnati tardauerit:ita eū truncus ſuſtuliſſet niſi faunus dextra leuaſſet ictū. hortat demū mecœnatē uota ploluere:uotiuā.ſ. ædē ipſe.n.humilē agnā ſacrificabit. ¶Cur me q̄relis exaias tuis. Ode ē: ſilis nonæ li.i. ¶Exaias.terres pimis. ¶Quærelis:q̄rebat.n.mecœnas morbi ſæuitia. ¶Amicū:gratū. ¶Columē:p̄ſidiū. ¶Te meæ p tē aīæ:amico.n.ē alius ip̄e:& æq̄lis æqualē delectat ut hī ī ethicis. ¶Vis:mortis uiolētia. ¶Altera.i.ego iple Hor.altera ps aīæ meæ. ¶Nec ch.nec charus ero æq;.i.ita aliis ut nunc tibi:nec ero ſuperſtes integer:nā mecœnas ps aīæ deeſſet. ¶Dixi ſacr̄m:inuit ſe iuratū fuiſſe nolle mecœnati ſupeſſe. ¶Primus:ordo ē:utcūq; p̄cedes ibim;:ibim; cōites pati carpe ſup̄mū iter. ¶Vtcūq; p̄.uel ætate uel ſorte. ¶Chimeræ.i.id mōſtrū erat triceps:p ſingula āt capita ignē emittebat.lati; tū uideto ī ode.xxvii.li.i. ¶Cētimāus gi.i.briareus. Vir.li.vi. Et cētū gemīus briare; ac bælua lernæ. dixere.n.poetæ eū hūiſſe cētū māus & capita qnq̄ginta:is idē ægeō quoq; dr.i. terrigēa. ¶Iuſtitiæ:iuſtū ē.n:ut grati ſim; de nobis bn̄ merētib;.

¶Ode.xvii.tricolos tetraſtrophos ad mecœnatem ægrotantem.

Vr me querelis exaiās tuis?
Nec diis amicū ē:nec mihi te
Obire mecœnas mea; (pri
Grande decus columenq; rerum.

Ah te meæ ſi partem animæ rapit
Maturior uis.q̄d moror altera?
Nec charus æque nec ſuperſtes
Integer.ille dies utranq;
Ducet ruinā.non ego perfidum
Dixi ſacramētū.ibimus ibimus
Vtcunq; præcedes:ſupremum
Carpere iter comites parati
Me nec chimæræ ſpiritus igneæ
Nec ſi reſurgat cētimanus gigas
Diuellet unq̄:ſic potenti
Iuſtitiæ placitumq; parcis.

¶ACR. Cur me q̄relis exaiās tuis.mecœnatē ægrum uelut aſſidēs alloquit q̄rentē de piculo ſuo:& p p̄ſenti ſtatu optantē mortē: p cuius affectu uel amore dicit ſe ei eſſe nolle ſupſtitē: ſed q̄ſi quodā ſacro deuictū ſociādū morte cui fuerat uita cōiunctus.ordo eſt. Mecœnas grāde decus & columē meæ; rer̄. ¶Cur me exaiās tuis querelis. Nec diis nec mihi amicū ē te prius obire. ¶Ah te meæ.iteriectio dolentis hoc ſenſu:quo ſupius dixerat amico; aīam in duobus corporibus cōſtitutā:& ſerues aīæ dimidiū meæ:uñ & unanimes dicti: hocaūt dicit ſine dubio alterā partem nō retinendā:una pereunte hoc eſt ſe negare ſupſtitē. ¶Nec ch.æq; non ero inquit ita alteri futurus:ſicut ipſi nec integram uitam habiturus pte aīæ iā in illo extincta. ¶Nec ſup.ite.quia tu es medietas meæ animæ. ¶Vtrāq; ducet.r.i.unius caſu dicit ambos pituros. ¶Nō ego pfidum:fallum tanq̄ nō perfidū de ea re interpoſuerit iuſiurandū:qd ne ei ſupuiueret. Ordo ē. Ego nō dixi pfidum ſacr̄m ibimus:ibimus parati capere ſupremū iter utcūq; p̄cedes. ¶Vtcunq; p̄.ſeu ætate ſeu ſorte præcedere in ſup̄mo mortis die comitari ſe aſſerit mecœnatem. ¶Me nec chimeræ:nullorum obiectione monſtrorum ſocietatem diſiūgi poſſe quæ nec mortis terrore ſeparatur. ¶Centimanus gigas. Briareus:de quo Virgi. Qualis centum cui brachia dicunt Centenaq; manus. ¶Sic potenti iu.pla.ac ſi diceret fataliter habeo:ut diuelli a te non poſſim.

¶POR. Cur me querelis exanimas tuis. Hæc dicit mecœnati aſſidēs ægroto grauiter q̄renti de piculo ſaluti ſuæ negatq; ſe uelle ſupſtitē. ei uiuere mutuæ charitatis pignora cōmendans. ¶Amicū:hic pro grato poſuit. ¶Ah te.m.ſi.p.a.r.ma.q.m.a.ſenſus cōceptus ē ex illa amicitie diffinitiōe q̄ dicit:amicitiā aīam unā eē in duo corpa ergo ait ſi te uis fatalis ſuſtulerit amicū:q pars es altera aīæ meæ partē q̄apud me ē nō retinebo:quod ſignificat nō ſe ei ſupuictur̄. ¶Nec cha.æ.nec.ſ.nec charus inqt alii futurus ſicuti ſum nec ītegrā uitā habiturus pte.ſ.aīæ meæ ī te extincta. ¶Nō ego pfidū dixi ſacr̄m.i.non pfidū inſiurandū de hac re interpoſitū. ¶Integer ille dies utrūq; noſtrum abſumet. ¶Sup̄mū car.iter.co.pa.ſup̄mū iter.illud dicit: quo quaſi ad inferos itur. Nec ſi reſur.centimanus gigas diuellet unq̄ a te.ſ.a propoſito de quo nunc apud te loquor & ante iuraui.

¶CHRI. Cur me q̄relis. Quantū in animo bene inſtituto & bn̄ficio; memori poſſit uis amicitiæ hoc carmine manifeſtat poeta cū q̄relis tam uehemēter moueat mecœnatis: quē amabat & obſeruabat:atq; ēt admirabat. Oſtēdit aūt uehementer dolere uerbo; mecœnatis: Nā cū ægrotaret & uota p eius ſalute eſſent facta reſpōdebat amicis ſe ſatis uixiſſe. At horatius negat ſe uicturū niſi ille uiuat. ¶Exaiās:interimis: uerbū ē amicitia & affectu plenū. Sic & Cicero de milone. Me qdē iudices exanimāt & interimūt hæ uoces milōis. ¶Quærelis.querebat de morbo:& mortē optabat. ¶Nec.d.a.nō ē gratū:nō placet. ¶Obire prius:q̄ ego ob eā. Decus & columē. Idē in prima ode in q̄ ipſum decus & p̄ſidiū ſuū appellat. Ergo eodē mō exponēdus eſt hic locus. ¶Meæ; rer̄:honor̄ & facultatū. ¶Ah te. Snia ē aīam ſuā ita diſtributā ut melior pars ſit ī corpe mecœnatis q̄ in ſuo. Qd ſi ille moriturus ſit & ablaturus illāaīæ pte: negat ſe moraturū diutius cū altera pte:ſed pariter moritur̄ altera parte q̄ uiuit: Nam illa neq; ſibi æque grata ē ut ps q̄ cū mecœnate ē: Neq; illo mortuo remāet integer:cū iā pars q̄ ī mecœnate ē pierit. ¶Vis maturior:uiolētia q̄dā fati uelocior ī te q̄ in me. Nō eſt igit amicū neq; diis quoniam tu reip.melior es:neq; mihi q ex te pendeo te obire prius. ¶Ille dies:u.d.r.nā quo tu die obibis:ego quoq; obibo. ¶Non ego.p.d.ſ.nō ſum ueluti miles q adactus ſacramento tranſfuga efficitur unde efficit pfidus. Nō dixi ſacramētū qd uelim frangere. Nā hoc mō eēm pfidus:ſed ſeruabo: pterea q; ibimus .i.ueniēs parati & pmpti tibi comites. ¶Vtcūq;.i.quomodocūq; parati carpe ſup̄mū iter.i.ultimū iter. Nā q mortē adit ſup̄mū iter conficit. Quibus uerbis oñdit eſſe ueri amici offīm utriuſq; fortunæ amico ſe comitē p̄bere. ¶Me nec ch.exēpla fabuloſa pōſt. Sed p illa oñdit nihil eē tam horrēdū:tā laborioſum tā piculoſum:qd ſe a mecœnate diuellere queat: Sed de chimæra dictum eſt. ¶Centimanus:nā & græci εκατοντοχειρον appellant Cottus Briareus & Gyas fres fuerūt & filii cœli & terre:ut placet Heſiodo. Centū manus & quinq̄gīta capita habuerūt: Fuerūt q; oīum fortiſſimi atq; pulcherrimi Vir. Et cētū geminus briareus: & bellua lernæ. Hi tytanes dicti ſunt ac decēnale bellū cū Saturni filiis geſſerūt:& ut ait Heſiodus illi quidē ab othry:hi ab olympo mōte ipetū fecerūt. Tādē a diis uicti ī tartara ſunt detruſi. Eſt & apud Homer̄ huiuſcemodi fabella q; Iuno Neptūnus & pallas Iouem q̄nq; ligauerūt:neq; erat q auxiliū ferret: Sed Thetis achillis mater cœlū aſcēdit & ſecū briareū adduxit:a quo ē a uinculis liberatus. Addit p̄terea q; briareū illū dii uocāt: hoīes aūt ægeonē ον βριαρεον κικ λεουσι θεοι ανδρες δε τε τον τυτεσ ωκυ λιωνυχ. Heſiodus præterea addit Neptūnum illū ſibi generer̄ aſciuiſſe opya filia ſibi in uxorē data. Hinc illū Our. inter marinos deos refert ut balenarūq; præmentem Aegeona ſuis imania terga lacertis. ¶Sic potēti iuſtitiæ placitūq; pcæ. Reddit duplicē rōnem tā iſolubilis uin-

culi amicitiæ Primo.n.ofidit hãc eẽ uerã amicitiã qm̃ sit ex electiõe: cũ ipse memor eorꝫ q̃ accepat beneficiorꝫ iudicarit poscere id iustitiã: ut uitã ẽt: si opus eẽt: illi impẽdat. Secũdo idẽ ꝓbat ex cõfiguratiõe sydꝫ: nã q̃uis ai nostri liberi sint arbitrii: tã multũ credũt posse ad amicitias cõtrahẽdas ipa sydera. Maxime si hat iter duos pmutatio signorꝫ. Quod ut planius itelligas: ut sunt. xii. signa in zodiaco: ita ẽt in. xii. ptes quas domos appellãt diuidũt cœlũ. Primaq; dr̃ angulus oriẽtalis siue horoscopus siue ita: Nã multum ualet qd signũ & qui plãeta i eo signo q̃ hora nascimur ab iferiori hemispio ad nostrũ surgat & oriat. Secũda domus spes siue anaphora appellat siue iferna porta. Tertia dea. Quarta ẽ angulus terræ siue imũ cœli. Quita bõa fortũa. Sexta mala fortũa. Septima angulus occidẽtalis: siue coniunx. Octaua mors. Nona domus fidei. Decima ẽ angulus medii cœli: & qm̃ hæc cœli ps nobis excelsiori in pte ẽ multũ ptinet ad nr̃as dignitates & honores. Vndecima bonus demõ dr̃. Duodecima malus demon. Si ergo fiat hæc pmutatio: ut ꝓ zodiaci signum tibi sit in tuo angulo oriẽtali mihi sit in medio cœlo: & rursus qd̃ mihi ẽ in medio: cœlo tibi sit in orientali: sũma amicitia inter nos uigeat uolunt sydera. Facit hoc idẽ pmutatio luminariũ. i. solis & lunæ atq; ẽt fortunarum. s. Iouis & Veneris. Ergo placitum parcæ. i. fato: qd̃ ab ipsis stellis prouenit.

libra taurus scorpio Aries Capricornus Aqrius

¶ ANT. Seu libra asserit poeta mecœnatis horoscopũ cõuenire cũ suo: seu aspexerit cũ libra seu scorpio seu capricornus Ptolemæus uerbo. xxxiii. inqt ꝓ si cõcordia duoꝫ in re aliq̃ ẽ ꝓ reperit ex significatione illius rei in utriusq; natiuitate. Si ergo fuerit in loco laudabili erit inter illos concordia bona: & qui fortior loco fuerit erit sicut agẽs & princeps & debilior sicut patiens & subiectus. ⁊ Libra: id signum & taurus ueneri stellæ cõplexiõis temperate attribuuntur. eo ꝓ res oriri faciunt: ut scribit Prole. ⁊ Scorpius: id signum. & aries marti stellæ quæ naturaliter desiccat dantur: ut idem ait. ⁊ Capricornus: id signum & aquarius dantur Saturno stellæ: quæ naturaliter est frigida caloriq; contraria quod idem scri. ⁊ Formidolosus: formidandus. ⁊ Pars uiolentior natalis horæ: horæ datiuus ẽ: pars autem uiolẽtior de scorpiõe ait quoniam scorpius marti datur. de quo manilius li. iiii. Sic & plura inquit scorpius armata uiolenta cuspide cauda in bellum ardentes animos: & martia castra efficit: & multo gaudentem sanguine ciuem. Nec præda q̃ cæde magis &c. ⁊ Hesperiæ: hispaniæ & occiduæ: capricornus eni ut scri. higinus ad occasum spectat. ⁊ Tyrannus: id ait quoniam teste columella libro. xii. sextodecimo kalen. Ianua. sol in capricornũ trãsitũ facit: brumaleq; solsticium est ut hipparco placet itaq; tẽpestatem sæpe significat: chaldæi tamen brumale solstitium obseruant nono kalen. Ianua. Occidit autem capricornus. xv. kalen. Feb. quo die sol in aquarium transit. ⁊ Iouis tutela: iuppiter. n. occultat impedimenta: & quum fuerit cum Merc. delebit infirmitates medicaminibus uel per iustorum medicorũ modelas. Auctor est Ptolomæus: qui etiam dicit Iouem. Venerem. & lunam fortunas esse eo ꝓ earum est complexio temperata: & ꝓ eis multum caloris ac humoris inest. Opera uero saturni ac martis operibus prædictarũ stellarum naturaliter contraria esse: eo ꝓ horum alter per frigiditatem intensam: & alter per siccitatem intensam operat. Quũ populus frequẽs: conualescens mecœnas theatrum adierat: lætusq; populus ei plausit: tunc autem in agro suo Horatius casu arboris oppressus est ut inquit. ⁊ Mercurialium. i. doctorum. scribit. n. Ptolomæus: ꝓ Mercurius habet ex homine locutionem deliberationem memoriam linguam fel atq; nares.

scorpio sol i capricornum solsticium brumale Sol i aq̃rium

¶ ACR. Seu li. ordo ẽ. utrũq; nostrũ astrũ cõsentit icredibili mõ: seu aspicit me libra: seu formidolosus scorpius ps uiolẽtior horæ. natalis seu aspicit me capricornus tyrãnus hesperiæ unde ꝑ genituræ cõmemorationẽ horoscopos suos similes eẽ: & iter se asserit cõuẽire: i q̃bus uitæ finis apparet uñ dicit ꝓ tpe uno ille ægritudinæ: hic casu laboris piclitatus est. ⁊ Formidolosus: timẽdus q naturaliter formidãdus sit ut Salustius. Etiã tũ potẽtia. Cn. Põpei formidolosa erat. ⁊ Violẽtior: ꝑ oĩbus iniqor natalis: i fest9. n. ferr̃ scorpius genituræ iuxta mathesim tractat genituras amboꝫ dicẽs se seu horoscopũ. i. horã in q̃ natus est in libra hẽre: seu in scorpionẽ q iuxta libra ẽ: cõtrarius illi saturnus erat: seu i capricorno. horã habuit i illis diametres ei erat hic q̃drat9 sicut & mecœnati: quẽ iuppiter illic posit9 tẽpauit. ⁊ Horæ: dtũs casus ẽ. ⁊ Seu tyrãnus hespiæ ca. un. capricornũ tyrãnũ dixit: iõ qa hyẽale signũ ẽ. orit̃. n. xiii. cal. Ianu. & occidit. xvi. kal. feb. & dũ sol in capricornũ uenerit. tunc generat maxie tẽpestates i italia: aut iõ posuit hesperiæ uñ: qa uoluit intelligi occasum signi huius magis sæuire tẽpestatibus q̃ ortũ: ut hesperiã undã occiduã partem oceani: & ex eo occasum eius uoluisset intelligi. ⁊ Te io. imp. tu. mortẽ dicit submouisse iouis bũficã stellã: maleficã respiciẽtẽ saturni. ⁊ Ordo ẽ. te eripuit tutela iouis refulgẽs ipio saturno & tardauit uolucris alas fati. ⁊ Cũ frequẽs. p. t. c. lætũ sonũ: i theatris oñdit populũ ꝑ gr̃a plausum dedisse. ⁊ Cũ po. f. oñdit populũ ꝑ gr̃am mecœnatis cõperto ꝓ euasisset ægritudis piculũ i theatro cõgratulãtẽ saluti eius absẽti & adhuc ualido plausũ dedisse. ⁊ Me trũcus illapsus. c. ad illã rem tulit: qd̃ dixit utriusq; astꝫ certa rõne cõiũctũ. ⁊ Faunus: deus agrestiũ & siluaꝫ. Mercurialiũ: doctorꝫ q i tutela mercurii sũt. Mercu. n. deus facũdæ dictus ẽ. ⁊ Aedẽq; uo. m. ut mẽor eẽt uoti solũẽdi hortat̃ q ædẽ si euasisset saluti pmiserat. ⁊ Nos. h. f. a. ũ hũilẽ agnã sed hũiliũ oblatõi aptã. mecœnatis. n. uelut potẽtis uotũ fuerat.

¶ PORR. Seu li. seu me scor. as. f. Sẽsus ẽ in quocũq; signo horoscopũ natiuitatis meæ cõstitutũ hẽo. Hoc itelligo tuo horoscopo cõuenire. ac ꝑ hoc unã genesim nos moꝫ æqtate hẽre. ⁊ Seu ty. h. c. Tyrãnum nunciõ dixit hoc ꝓ hyemale signũ orit̃. xvi. kal. Ianu. occidit ãt. xviii. kal. fe. qd̃ tps i undas. q̃si dũat̃. i. sæuit. ⁊ Hespiæ un-

Seu libra seu me scorpius aspicit
Formidolosus, pars uiolentior
Natalis horæ, seu tyrannus
Hesperiæ capricornus undæ
Vtrunq; nostrum incredibili modo
Consentit astrum: te iouis impio
Tutela saturno refulgens
Eripuit, uolucresq; fati
Tardauit alas, cum populus freq̃s
Lætum theatris ter crepuit sonũ
Me truncus illapsus cerebro
Sustulerat, nisi faunus ictum
Dextra leuasset mercurialium
Custos uirorũ: reddere uictimas
Aedemq; uotiuam memento.
Nos humilem feriemus agnam

q̃re nisi forte uult itelligi occasum signi huius magis sæuire tẽpestatibus q̃ ortũ ut hesperiã undã occiduã ptẽ oceani: & ex ea occasum signi huius itelligamus. ⁊ Te iouis impio tutela saturno refulgens eripuit. Aiunt saturni stellã ifestã eẽ hoibus: iouis ãt ecõtrario saluberrimã: saturni picula afferre: eaq; tamẽ euinci supfulgẽte iouis stella. ꝑ hæc significat piculo aduersæ ualitudinis nup mecœnatẽ liberatũ cui ob hanc gratulationẽ populus i theatro plausum edidit: eodẽq; similiter tpe & se piclitatũ repẽtino arboris: ictu: de quo supra locut9 ita autem idem attulit: ut illud ꝑbaret quod supra dixit. Vtrũq; nostrum incredibili modo consentit astrum.

¶ CHRI. Seu libra. Ordo est. utrũq; nr̃ꝫ astꝫ. i. & tuũ & meũ cõsentit. i. cõuenit icredibili mõ: seu libra seu scorpius. ⁊ Formidolosus. p. ui. na. ho. seu cap. ty. undæ. h. respicit me. Snia ẽ quodcũq; signũ zodiaci sit i meo horoscopo. i. dẽphendat̃ ascẽdisse ad nostrũ hemisperiũ qua hora ego in lucẽ editus sum: siue fuerit in aliq̃ q̃cunq; cuspide uel domo cũ aliquo aspectu: siue bono: siue malo: illud cõsentit cũ tuo astro. Quod nihil aliud significat nisi qd̃ idẽ erat situs astrorꝫ i tuo horoscopo q fuit i meo. Libra septimũ ẽ i zodiaco signũ: estq; domicilium ueneris. Sed qa & alibi incidẽt noia cœlestiũ signorꝫ ex usu erit ne eodem sæpius reuertendũ sit: ut rẽ uniuersam breuissime ꝑcurramus. Circulus ẽ in octaua sphæra: cuius latitudo ẽ. xii. graduũ. hoc ãt i duodecim signa distinguit̃. Eorꝫ signorꝫ noia sunt Aries: Taurus: Gemini: Cancer: Leo: Virgo: Libra: Scorpio: Sagittarius: Capricornus: Aquarius: & Pisces. Quare aũt principiũ in zodiaco sit ab ariete: alii aliã afferũt cãm. Sũt n. q dicãt ꝓ discurrẽte sole ꝑ arietẽ ꝑꝑ naturã eius calidã & humidã incipiat fieri generatio & augmentatio: & qa generatio & augmẽtũ excellẽtiora sunt corruptiõe & detrimẽto: iure optimo datũ est illi initiũ: Alioqn circulus neq; pricipiũ hẽt: neq; finẽ. Aliq dicunt ꝓ intrãte sole in arietẽ lux q̃ hactenus supabat̃ a tenebris incipit tenebras supare. Et qa lux tenebris nobilior ẽ: & in luce augmẽtatio nobilior diminutione. iccirco fit ab ariete incipiẽdũ. Alii aũt occultiora q̃dã rimati dicũt icipiẽte eo die q primus oĩum illuxit quo i hũc fulgorẽ cœlũ & elemẽta purgata sũt: arietẽ i medio cœlo fuisse: & qa medũ cœlũ q̃si mũdi uertex ẽ arietẽ primũ eẽ habitũ q ut mũdi caput i exordio lucis apparuit. Et tũc lunã cancer gestabat. Sol aũt cũ leone oriebat̃: cũ mercurio uirgo libra cũ uenere. mars. scorpionẽ. iuppiter sagittarũ tenebat saturn9 postrẽo capricornũ. Quapp istorũ signorꝫ domini dicunt̃. Inde cũ qnq; supessent signa remotis sole & luna qnq; aliis plãetis: ita hæc assignarũt ut a fine prioris ordinis ordo secũdus iciperet. Fuit. n. supmus saturnus i capricorno: ergo aquarius qui capricornum sequitur saturno pisces iouis: aries marti: taurus ueneri: gemini mercurio dati sunt. Ergo sol solũ leonẽ: luna solũ cancrũ obtinet. Reliqui ãt quinq; singuli bina sortiuntur signa. ⁊ Siue libra: hæc domiciliũ martis ẽ: signũ ẽ aqueũ & frigidũ. Nã quãuis Vir. dixerit. lã brachia cõtrahit ardẽs Scorpio ardorẽ illũ nõ ad naturã signi: sed naturã martis qui signi dominus est respexit. ⁊ Capricornus: signũ saturni terreũ & frigidum. ⁊ Tardauit: nã mors penitus tolli nõ põt̃ sed tardari põt̃: alius. n. alio seri9 maturiusue morit̃: qn & fata ẽt tardant̃: Vir. Nec fata uetabãt Stare decẽq; alios priamũ supesse ꝑ annos. Celeris: uel de propria mecœnatis morte dixit q̃ uelox ex malignitate saturni erat: nisi iouis benignitas illã frigisset: uel celeris in cõe dixit. Nã iis etiã q ad extremũ seniũ deuenere: si æternitatẽ respicias tps breuissimum fuit. ⁊ Populusq; fre. adeo populo grat9 erat mecœnas: ut cũ grauiter egrotasset: & idẽ ex ꝑprouiso se i theatro ostẽdisset: ex subita lætitia freq̃ntissimus populo uehemẽter sibi applauserit: De q̃ re ẽt supra mẽinit. Dat9 i theatro cũ tibi plausus. ⁊ Tes. q. d. multotiẽs qa numerus ternarius pfectus est: & diuinis attribuit̃. Vir. Numero deus ipare gaudet. ⁊ Crepuit: cũ crepitu emisit. ⁊ Sonũ: & nõ uocẽ: qa strepitu potius & gestu q̃ sermone applaudimus. ⁊ Faunus: qa in silua erat dixit se a faũo auxiliũ accepisse: & qa faun9 a fando dr̃: iure i mercurii tutela ẽ a quo deo sermo manauit: ut supra Qui feros cultus hoĩum recẽtum uoce formasti. iureq; custodit uiros mercuriales: q̃les poetæ ſũt. ⁊ Reddere. i. tãq̃ debitã deo exhibere: Id. n. reddere significat. Iuue. Et horrẽti tunicã nõ reddere seruo. ⁊ Victimas. æ. uo. oñdit opulẽtos uiros magna & ꝑclara decere imortali deo reddere: qm̃ eius dono illa assecuti sũt. Tenui ãt ẽt paũsillũ sat eẽ. Victimas. i. p. n: dixit: ut plures oñderet. ⁊ Aedem. i. tẽplum. ⁊ Votiuã: ex uoto ꝑmissam: Nam q uouit & id ẽ cõsecutus: cuius cã uotũ cõcepat reus ẽ iã uoti factus. Hinc Vir. Dãnabis tu quoq; uotis: Alii dicunt reddere eẽ uerbũ sacerdotũ. Tunc. n. dicebant̃ exta reddi cũ ꝑbata & elixa ara imponebant̃. Vir. Lanci bus & pandis fumantia reddimus exta: Feriemus agnã. Sic Maro. Ipse atri uelleris agnam ense ferit. ⁊ Humilem. i. quod sacrificiũ humile est & paruum: ut mei patrimonii humilitas exigit.

Argumentum. ODES. XVIII.

¶ Ode. xviii. dicolos distrophos de sua parsimonia aliorumq; auaritia.

On ebur neq; aureum
Mea renidet in domo lacunar?
Non trabes hymetiæ
Præmunt columnas ultima recisas
Aphrica, neq; attali
Ignotus hæres regiam occupaui.
Nec laconicas mihi
¶ANT. Diānæ officia celebrat ē.n. mōtiū nemorūq; custos: est uirgo: fauet parturiētibus: & morte liberat. Post hæc pinū quādam uillæ suæ imminentē eidē consecrat pmittens anno quoq; uerrem sacrificare. Mōtiū custos &c. Quæ laborantes: luna ut Var. scri. nascentium dux est: hinc ab iuuando & luce: Iuno lucina dicta ab latinis ipsa.n. mensibus actis in lucem p ducit infantes. Diod. ēt li.vi. scribit. Lucinā parientium curā habere officiūq; eorū: q̄ parturientes pferunt. Vñ & i ptus di-

ſcrimine ac difficultate hanc mulieres ꝓcipue ſuocant deã. Ad dianã tradunt infantium ac cibor̃: quos id ætatis poſtulet officiũ pertinere: qua ex cã puerorũ nutricẽ uocari dicũt Cic. in li. de na. deo. ſcri. ꝙ Dianã & lunã eãdẽ eſſe putãt. Luna a lucendo noiata eſt: eadẽ eſt. n. lucina itaq; ut apud græcos dianã: eãq; luciferã: ſic apud noſtros iunonẽ lucinã in pariẽdo inuocãt q̃ eadẽ diana omni uaga dicit. Diana dcã ꝙ noctu quaſi idẽ efficeret: adhibet autẽ ad ptus ꝙ ſi maturescũt aut ſeptem nonnunq̃: aut ut plerũq; nouem lunæ curſibus: qui quia menſa ſpacia conficiunt: menſes nominant hæc ex Tullio. ¶ Ter uocata. ternarius. n. numerus & mas impar eſt & religioni tributus de quo latius li. i. ode. xxviii. ¶ Diua triformis: ideſt quia: ut etiam Porphirio docet eadẽ exiſtimat lucina: diana. p. ſerpina. Ouidiuſq; lib. i. Faſt. ait. Ora uides hecates in tres uergentia partes. Seruet: ut in ternas cõpita ſecta uias. Virgili. item libro quarto. Tergeminamq; hecãten tria uirginis ora dianæ. ¶ Exactos. finitos. i. anno quoq; ¶ Verris: eſt uerres porcus minime caſtratus. ¶ Obliquum ictum: ſic enim magis arbor offenditur.

¶ ACR. Montiũ cuſtos. pinũ dianæ in agro ſuo cõſecrat: apud quã ſe uerrẽ quotannis ſacrificatur̃ pmittit. ¶ Ter. u. trina dianæ ptãs putat. Ipſa. n. uenãtibus ꝑeſſe dicebat ipa lucifera i honorẽ lucinæ: uã & lucina parturientibus inuocat: ipſa proſerpina: ideoq; ter uocata. Nam & ipſa prior a latona dicit ædita matrem ẽt infra tris partu iuuiſſe. ¶ Diua triformis: ut tria uirginis ora dianæ. ¶ Im. u. ordo ẽ. pinus iminẽs uillæ tua eſto. pſit & ſic eſt melius dictũ q̃ ſi dicat eſto aduerbiũ cõcedẽtis. ¶ Exactos: finitos. ¶ Verris obliquũ. m. i. modum ferientis porci deſcribit. Nam ſæuius lædunt uerres cum tranſuerſum feriunt iuxta dentium naturam.

¶ POR. Mõtiũ cu. nemo. uirgo. dianæ pinũ i fundo ſuo cõſecrat. Apud q̃ q̃ quotãnis ſe ſacrificatur̃ repromittit. ¶ Quæ. l. u. p. ter. u. a. ſm græcor̃ opinionẽ q parẽtibus dianã adeſſe dnt quã iõ lucinã appellamus: ꝙ lucẽ naſcentibus tribuat. ¶ Diua trifor. ut dicatur manifeſtum eſt: quia. ſ. eadẽ exiſtimat lucina: diana: proſerpina.

¶ CHRI. Mõtiũ cu. refert dianæ uarias ptãtes. & annua illi ſacra pollicet. ¶ Mõtiũ ſiluar̃: & qa uenatrix figit & qa uĩ hẽt uegetãdi lũa uñ merito ſiluar̃ & herbar̃ cuſtos dr̃. ¶ Virgo: hæc i cœlo lũa i terris diana apd inferos pſerpina appellat: dr̃ ergo tergemia. Itẽ hecate pp centũ. i. multiplices poteſtates. Vir. Tergeminam hecaten tria uirginis ora dianæ. Præeſt & uiis: quæ qa ſteriles ſunt iccirco ipa dea uirgo fingit. ¶ Quæ labor. ut. p. Præeſt pturiẽtibus & appellat iuno lucina. i. q̃ iuuet ad ueniẽdũ in lucẽ. Nec refert: ut nomina dearũ cõfundant. Nã priſca religio oẽs deos ad ſolem oẽſq; deas ad lunam referebat: ut apte demõſtrat Macrob. Hinc Maro ſolem lunãq; inuocaturus dixit. Vos o clariſſima mũdi liber & alma ceres Bacchũ Cereréq; p ſole & luna ponẽs. Præeſt infantibus qa illis dũ in matris utero ſunt plus ẽ uegetatiuæ potẽtiæ quæ a luna eſt q̃ ſenſitiuæ q̃ eſt a ſole. ¶ Adimis læto: qa ꝑſtas ut in columes pariãt. ¶ Triformis: qa & cœleſtis & terrena & iferna es ergo tergemina. ¶ Eſt tua: qa illã tibi ſacraui: & tibi uerrẽ ibi ſacrificabo p oẽs annos meos. ¶ Exactos: finitos. i. uſq; ad ultĩos ãnos ſic Vir. Exactis. mẽſib̃ errãt. ¶ Verris: nã ſi eadẽ Diana ẽ & ceres cõuẽiẽs ẽ uictia uerres: qa hoc aſal noxiũ frugibus ẽ. Verris: q ſcrophas ſalit. Qui uero caſtrat̃ ẽ maialis appellat. ¶ Obliquũ: qacũ ex rictu emineãt illi dẽtes quæ fulmina appellãt ex obliquo ferit.

Argumentum. ODES. XXIII.

¶ ANT. Scribit ad pyliren dicens ꝙ ſi ad cœlũ tẽdet ſupinas manus noua quidẽ luna ſi thure & fruge lares placarit & porca eius uites minime ab affrico offendentur. Nec ſegetes ab rubigine non etiam alũni ſui in autumno grauabũtur: concludit demum deos ſatis placari etiam minimis. Dummodo quis eos ſine crimine & ſcelere præcetur. ¶ Cœlo ſu. ode eſt ſimilis nonæ. ¶ Horna fruge. i. huius anni latius tamen ſupra id patuit. ¶ Lares: de laribus late uideto epodo ſecunda. ¶ Peſtilentem aphricum. Pli. lib. xviii. c. xlix. ita ſcri. Ex aduerſo aquilonis ab occaſu brumali aphricus quem græci liba uocant &c. Eſt autẽ uentus humidus: ut lib. ii. docet Pomifero anno. ¶ Autũnum intelligit de quo ẽt naſo li. ii. de arte ait. Sæpe ſub autũnum quum formoſiſſimus annus plenaq; purpureo ſubrubet uua mero. Quum modo frigoribus ꝑmimur modo ſoluimur æſtu. Aere nõ certo corpora languor habet. ¶ Algido: de hoc oppido late ſuperius. ¶ Nam q̃: ordo eſt. nam deuota uictima q̃ paſcit inter q̃rcus & illices: aut creſcit albanis i agris ceruice tinguet pontificum ſe cures te coronantẽ marino rore & fragili myrtho puos deos nihil attinet tentare eos multa cede bidentium. ¶ Paruos deos: lares intelligit. ¶ Bidẽtibus: de iis late Gellius: & Macro. ¶ Immunis ma. i. pura & ſine crimine. ¶ Non ſumptuoſa. ordo ẽ non mollibit aduerſos penates ſumptuoſa hoſtia blandior farre pio & ſaliente mica: dicit autem manum puram non eſſe blãdiorẽ & magis gratam diis cum maxima hoſtia: q̃ cũ farre pio & ſale. ¶ Sũptuoſa hoſtia nõ noiatiui ſed ablatiui ſũt caſus ſa. n. cæſura longa eſt & eſſe dẽt: nã ſenſus aliter nõ q̃draret. ¶ Mollibit: pro mollet antique dixit: ut audibit: ſeruibit. ¶ Penates: de

Imminens uillæ tua pinus eſto
Quam per exactos ego lætus annos
Verris obliquum meditantis ictum
Sangnine donem.

¶ Ode. xxiii. tricolos tetraſtrophos ad philiren.

Cælo ſupias ſi tuleris mãus
Naſcẽte luna ruſtica philire
Si thure placaris & horna
Fruge lares: auidaq; porca:
Nec peſtilentem ſentiet africum
Fœcunda uitis. nec ſterilem ſeges
Rubiginem: aut dulces alumni
Pomifero graue tempus anno.
Nam quæ niuali paſcitur algido
Deuota quærcus inter & ilices
Aut creſcit albanis in herbis
Victima pontificum ſecures
Ceruice tinguet: re nihil attinet
Tentare multa cæde bidentium
Paruos coronantem marino
Rore deos: fragiliq; myrto
Immunis aram ſi tetigit manus:
Non ſumptuoſa blandior hoſtia

Mollibit auerſos penates
Farre pio: & ſaliente mica.

iis latius ſupra. ¶ Farre pio & ſall. mi. Molã intelligit: quæ aqua farre & ſale fiebat. Auctor eſt Val. li. ii. Pli. uero ſic ait li. xviii. c. ii. Numa iſtituit deos fruge coleẽ & mola ſalſa ſupplicãt atq; ut auctor ẽ hemina: far torrere qm̃ toſtũ cibo ſalubrius eẽt id uno mõ cõſecutũ ſtatuẽdo nõ eẽ purũ ad rẽ diuinã niſi toſtũ: is & fortunæ caluæ inſtituit farris torrẽdi ferias &c.

¶ ACR. Cœlo ſu. Quãdam phillidem alloqtur ſuadens deos magis puris manibus & bona coli conſcientia deberi. Supinas uero dixit ad ſuperiora palmas aptas & expanſas: ut Tendoq; ſupinas. Ad cœlũ cum uoce manus. ¶ Naſcente. l. ſolent. n. ruſtice mulieres in initio prime lune uoce cœlo effundere ꝑces. ¶ Horna: annua uel: noua ab horno deriuat. ¶ Fruge: uino nouello: nũc uſq; tuſci horna nouella uina dnt. Nã & uĩo ſacrificabatur: ut uinaq; fundebat pateris & mihi ſacra parari: & ſalſæ fruges & circum tpa uictæ. Sal. n. cum farre incẽdebat ut farre pio. ¶ Nec. d. a. quos nutriendos commendauerat: ut interea dulces pendent circum oſcula nati. ¶ Pomifero graue. t. a. pomor̃ enim uario guſtu languſcũt corpora autumno: quorum eo tempore maxima copia eſt. Nam & graue & peſtilens tẽpus eſt: ut Iuue. Iam lætifero cedente pruinis. Iubet ergo neceſſitate temporis deuotione & ſupplicationibus deos mitigari. ¶ Nam quæ niuali algido inter quærcus & ilices: aut creſcit in albanis herbis. ¶ Tinget: ſecures pontificum ceruice. i. magnæ uictimæ potentibus conueniunt. ¶ Te. n. a. diſtare dicit inter publica & priuata ſacrificia. Et aliud pontificibus conuenire qui ad immolandum diis hoſtias magnas inquirunt: aliud uult priuatim debere præparari: hoc eſt: aut myrthum: aut rorem marinum: ordo eſt. Te coronantem paruos deos marino rore & fragili myrtho nihil attinet tentare illos multa cede bidentium. Bidentes proprie dicuntur oues quæ duos annos habent ſic uocatæ ab eminẽtioribus dentibus qui circa duos annos naſcuntur. ¶ Immunis aram ſi tetigit manus. Ordo eſt: ſi manus immunis ſcelerum: tetigit arã ſumptuoſa hoſtia nõ mollibit auerſos penates: blandior pio farre & ſaliente mica. ¶ Saliente. m. rationẽ uoluit ſalis incenſi monſtrare quod crepitare & exilire flamma conſueuit. ¶ Et nota plus ualere far. i. paruum ſacrificium cum inocentia q̃ magnum cum ſcelere. ¶ Immunis. ſ. ſcelerum & innocens & ſubaudiendum. ¶ Auerſos: iratos: offenſos. ¶ Mollibit: placabit.

¶ POR. Cœlo ſupinas ſi tuleris manus: hac ode quãdam phillidem alloquit dicẽs ei deos puris mãibus: & bona conſcientia colendos eẽ. ¶ Supinas. i. ſupplices: ut Vir. Tendoq; ſupinas. Ad cœlum cum uoce manus. ¶ Pomifero anno: pro pomifera parte anni: ideſt tempore autũnali: quod eſt graue & peſtilẽs. ¶ Nam quæ niuali paſcitur algido deuota. Dicit aliud conuenire pontificibus. Aliud qui priuatos lares ſuos orant: illos enĩ hoſtias magnas diis immolare debere. Hos aũt myrtho & marino rore cõtentos eſſe debere. ¶ Nã quæ niuali paſcit algido deuota quercus inter & ilices: deuote aũt abſolute dr̃: & ſignificat diis oſtinatam: ordo eſt: ãt deuota uictima quæ paſcitur niuali algido inter quærcus: & ilices aut creſcit in albanis herbis tinget ſecures pontificũ ceruice. Coronantẽ marino rore deos & fragili myrtho marinũ rorẽ hodieq; in italia uirgultũ quoddã appellant. ¶ Immunis arã: ſi tetigit manus ſubaudiendũ extrinſecus ſcelerũ ut qd tale: qa immunẽ ſcelerum manum uult intelligi. i. a. ſceleribus puram: quam dicit: blandiorem diis eſſe farre & granis ſacrificantem q̃ ſi ſumptuoſam hoſtiam ſacrificet. ¶ Non ſumptuoſa blandior hoſtia: nominatiui caſus ſunt ſumptuoſa & hoſtia quia ſenſus eſt non blandior diis ſumptuoſa hoſtia per ſacrificium q̃ manus quæ innocens farre & ſaliẽte mica ſacrificat. Salientem autem micam ſalis granum intellige ꝙ ſaliat cum in ignem miſſum ſit.

¶ CHRI Cœlo ſupi. ſi tul. Promittit ruſtice mulieri oĩa ruri ſibi icolumia fore modo diis ſupplicet. Et manus tulerit ſupinas ad naſcentẽ lunã. ¶ Supinas: nam ita manus tendunt q ſupplices ſunt Vir. Tẽdoq; ſupinas ad cœlũ cũ uoce manus. ¶ Naſcẽte lu. nã in nouilunio ſacrificare cõſueuerant lunæ ruſtici qm̃ plantagẽ mr̃ eſt. ¶ Horna. i. huius anni. ¶ Auida: iexplebili. ¶ Africum. p. quo uites ſterileſcũt. Africus occiduus ẽ uẽtus q opponit uulturno: & græce λιψ dicit: & generat pluuias nimias & grandines unde fit ſtrages ſegetibus: quæ dr̃ calamitas: quaſi cadamitas: qa calami cadant. ¶ Rubiginẽ: carbũculum: quo ſpica in nigredinem uertit: & oẽ granũ corrumpit. Varro tamen dicit rubiginẽ proprie appellari uitiũ obſcœnæ libidinis: de hac Vir. Vt mala culmos eſſet rubigo. Nec alũni patient graue tp̃s. i. moleſtũ & noxiũ. ¶ Anno pomifero. i. illi ãni pti q̃ fert pomatis aurẽ autũnus eſt. Et recte dixit alũni: qa puẽri uehemẽter pomis delectant. ¶ Ná quæ: iccirco dixi thure & fruge & porca pro annua fertilitate ſacrificandũ qa hoſtia maior ut eſt uitulus & taurus q̃ creſcit in algido mõte de quo dictũ eſt. ¶ Inter quærcus & ilices. i. in locis ſiluoſis. Aut etiã quæ creſcit in herbis albanis. i. i paſcuis albani montis non eſt ſacrificanda a te in ſacrificio priuato: ſed a pontifice maximo in ſacrificio publico. ¶ Deuota: ex uoto promiſſa. ¶ Secures: quia maiores hoſtiæ ſecuri feriebantur. ¶ Te nihil attinet tentare: Non opus eſt ut tentes ideſt places paruos deos ſcilicet lares. ¶ Multa. c. b. i. mactando multas bidẽtes: ideſt multa animalia. Bidentes nonnulli crediderũt eſſe eas oues q̃ duos tantum dentes haberent: qd monſtrũ uidetur. Alii putant dictas bidentes ꝙ duos dentes cæteris eminentiores habeant: quod circa bimatum euenit. In libris aũt pontificalibus legit dici bidentes quaſi biennes interpoſita: d. lr̃a euphoniæ cã ut dicimus redire pro reire & redarguere pro rearguere. P. aũt nigidius oẽs hoſtias bimas ſcribit Bidentes dici. Vũ Põponius atellanagẽ poeta inqt. Mars tibi uoueo facturũ ſi unquam rediero bidente uerre. Nigidius tamẽ qui ius põtificium ignorauit dixit bidentes eſſe hoſtias: quæ per ætatem duos dẽtes altiores habent per quos ex minore in maiorẽ tranſcendiſſe ætatem conſtat. Ordo autẽ erit. Te coronantem paruos deos marino rore & fragili mirtho nihil attinet tentare ipſos deos multa cede bidentium. ¶ Rore ma. ros marinus latine græce libanotis dicitur. ¶ Immunis: uel immunis ſcelerum. ut ait Acron. Vel ſimpliciter immunis: ideſt nulla ferens munera ut offendat non muneribus ſed ſincera mente deos placari. ¶ Tetigit: quia ſacrificantes aram tangebant Vir. Talibus orabat dictis araſq; tenebat & in. xii. audiat hæc genitor qui fœdera fulmine ſancit. ¶ Tango aras medios ignes & numina teſtor. ¶ Non blandior ſump. h. Quæ non erit magis blanda cum hoſtia q̃ ſit ſine hoſtia

¶ Farre pio & mica salis: idest mole salsa: quæ fiebat ex sale horno & fruge fiorna. Proprie autem mice sunt frustula quæ tractantibus nobis aliquam rem inde emicant. Ergo minutia rerum micas dicimus. ¶ Saliente: qd' proprium est salis: nam salire epulas est sale condire. Aliqui dicunt saliente saltante: quia igni tactus sal saltet. Salire ergo est sale condire. Est etiam saltare. Sed in pecore dicimus salire quando mas cũ fœmina coit: nam saliendo ascendunt. Vnde salaces luxuriosos dicimus.

Argumentum ODES. XXIIII.

¶ ANT. In auaros inuehit. arguens primũ eos plurima minimeq; necessaria ædificia: nõ.n. contenti terrestribus: in mari quoq; ædificabant: quod quidẽ nihil pdesse dicit ad fugiendã mortem omnino: náq; licet etiam multa quis possideat moriẽdum erit. Laudat exinde scythas: qui domibus carentes plaustris p illis utuntur: & paucis contenti uiuũt. Quicunq; autem & laudem & gloriam optat habendi cupiditatẽ frenare debet. Vnde dãnant illi: q acqrẽdi gra oẽ piculũ subeũt: spto ẽt mari quocũq; relictaq; arduæ uirtutis uia. Hortat inde uel i capitoliũ gemmas & aurũ uel in mare mittẽda: ut maloꝝ caussæ fugent. Dãnat postea parẽtum pfidiã i acqrẽdis rebus idigno & uitioso hæredi. ¶ Intactis opulẽtior. Ode ẽ silis tertiæ. ¶ Opulẽtior. supple tu. ¶ Cemẽtis lapidibus & ædificiis. de Cemẽto ãt latius supra. ¶ Adamãtios clauos. i. durissimos: & ide ifrãgibiles. ¶ Sũmis uerticibus. i. uiris sũmis. ¶ Dira necessi. sæua mors q̃ lege fatoꝝ necessario cuiq; euẽit. ¶ Nõ animũ metu. Sẽsus ẽ: q̃ mortis necessitate nullis diuitiis carere possum⁹. ¶ Cãpestres scyt. Scytaꝝ nomadũ pimoniã præponit romanoꝝ diuitiis. De nomadibus scythis pastoribꝫ multa poeta scribit li. iii. g. Et Stra. li. vii. sic ait. Nomades &.n. tẽtoriis utunt cẽtonũ istar pilo contextis: in plaustris uitã degẽtes: circũq; tẽtoria pecora comitant: a q̃bus uictũ captãt & alunt lacte caseo carne: pascua uero sectant loca sp herbosa pmutãtes: hibernis q̃dẽ tẽporibus meoticis uersant in paludibus æstiuis uero p cãpestria uagant &c. ¶ Getæ. Stra. li. vii. Misos: thraces: & getas ẽt nõadas uocatos inuit. i. pastores. ¶ Immetata: sine metis & terminis. ¶ Liberas. i. cões. ¶ Nec cultu. pla. Sẽsus est illos serere q̃tũ uni anno satis fuerit. ¶ Defunctũq; labo. i. illũ qui anno p̃cedẽti elaborauerat alter sequẽti anno recreat qescit. n. ille altero opante. Cæsar li. iiii. de bel. gal. scri. suevos germanoꝝ oium bellicosissimos cẽtũ pagos habere ex q̃bus quot ãnis singula milia armatoꝝ bellãdi cã ex finibus educũt. Reliqui uero q domi manserint se atq; illos alũt: hi rursus inuicẽ anno post in armis sunt illi domi remanẽt: sic neq; agricultura neq; ratio atq; usus belli itermittit: sed priuati atq; seperati agri nihil ẽ. ¶ Vicarius: is dicit q uices alicuius gerit. ¶ Priuignis: priuignus dictus q̃ anteq̃ mater secũdo nuberet est pgenitus pri. n. antiq. pprie dixerũt. Auctor est festus. ¶ Tẽperat: p obtẽperat. Nec dotata regit uiꝝ. Iustius li. iii. refert lycurgũ iter lacedæmonũ leges statuisse uirgines sine dote nubere iussseq; ut uxores eligerent: non pecunia q̃ seuerius matrimonia sua uiri coercerent. Cum nullis frenis dotis tenerentur: hinc optime Iuue. ait. Intolerabilius nihil est q̃ fœmina diues. Est autem hoc i loco sensus q̃ q̃uis ibi dotare sint coniuges attamen uiris sunt obtemperantes: quod romæ non erat. Hinc Iuue. ait. Intolerabilius &c. e. item imperat ergo uiro &c. ¶ Certo fœdere: quod quidẽ inter uirũ & uxorẽ fit: ut alter alteri fidẽ seruet. Nã mrimonii bona triplicia esse dnr: Videlicet fides: proles & Sacramentũ: i fide attendit ne post uinculũ cõiugale cũ alio uel cũ alia coeat in ple ut amãter suscipiat: religiose educet in sacramẽto ut cõiugium nõ separet nec cã prolis alteri cõiungat. ¶ Et. p. n. sensus ẽ. q̃ mulieribus illis peccare est nefas morsq; est peccati p̃ciũ puniunt. n. illico impudicæ qd' sane in italoꝝ dedecus dicit. ¶ O quisquis. q̃cunq; inquit laudem & gloriã optat habẽdi cupiditatẽ frenar debet. ¶ Rabiẽ ciuicã. ciuilẽ seditionẽ. ¶ Pater urbiũ: subscribi statuis sicuti Ciceroni prius deinde Cæsari: postea augusto accidit. nam Apianus li. ii. scribit: q̃ Ciceronis cõsilio Roma a catilinæ cõiuratione liberata. Saluator pereuntis patriæ uisus est extitisse Gratiæ itaq; immensæ ab omnibus illi habitæ uariæq; laudationes. Nã cato patrem patriæ illum appellauit quod decus nominis sublime a populo confirmatum est: ac postea ad imperatores qui digni habebantur defluxit. At suetonius de honore cæsari a populo collato postea iqt solidam columnam prope uiginti pedum lapidis numidici in foro statuit:

Nomades scythæ

nomades

Sueui

Priuignus

lacedæmonũ uxores

matrimonii bona

Cicero pr̃ pr̃iæ cæsar pr̃ pr̃iæ aug. pater pr̃iæ

¶ Ode. xxiiii. dicolos distrophos in auaros.

Intactis opulẽtior (diæ
Thesauris arabũ: & diuitis in
Cæmentis licet occupes
Tyrrhenũ oẽ tuis: & mare põticum:
Si figit adamantinos
Summis uerticibus dira necessitas
Clauos: non animum metu
Non mortis laquæis expedies caput
Campestres melius schitæ:
Quoꝝ plaustra uagas rite trahũt do-
Viuunt. & rigidi getæ: (mos:
Immetata quibus iugera liberas
Fruges: & cererem ferunt:
Nec cultura placet longior annua
Defunctumq; laboribus
Aequali recreat sorte uicarius.
Illic matre carentibus
Priuignis mulier temperat innocens:
Nec dotata regit uirum
Coniunx. nec nitido fidit adultero:
Dos est magna parentum
Virtus: & metuens alterius uiri
Certo fœdere castitas:
Et peccare nefas: aut præciũ est mori.
O quisquis uolet impias
Cædes & rabiem tollere ciuicam:
Si quæret pater urbium
Suscribi statuis indomitam audeat
Refrenare licentiam
Clarus post genitis quatinus heu nefas
Virtutem incolumem odimus

scripsitq; parenti patriæ: Et Lucius florus memoriæ tradidit. C. Octauianũ cæsarem ob facta ingentia Dictatorem perpetuum pr̃emq; pr̃iæ & augustum appellatum fuisse. ¶ Post genitis. i. nepotibus & posteris. ¶ Quatinus. non Quatenus per. e. sed quatinus p. i. legendum est: nam ordo & sensus talis. Quatinus. i. quoniã inuidi odimus uirtutem incolumen quærimus sublatam ex oculis heu nefas. ¶ Quatinus. Quatinus est quoniam: sed quantum quatenus aut ut auctor est festus. ¶ Virtutem incolumen. i. probos homines uiuentes. Vnde Ouidi. etiam ait pascitur in uiuis liuor: post fata quiescit. q̃tinus q̃tenus

¶ ACR. In tactis opulentior thesauris. Generaliter hac ode inuehitur in luxuriam omnia prophanantem: & ædificiis nouis nõ terrã tantum: sed ẽt maria occupantem ordo est. tu auare supple opulẽtior in tactis thesauris arabũ & diuitiis indiæ licet occupes omne tyrrhenũ mare & mare ponticũ tuis antẽnis: non expediesaium metu & caput laq̃is si q̃dẽ dira necessitas figit adamãtios clauos sũmis uerticibus. ¶ Arabũ. & diuitiis idiæ: ditissimas gẽtes ad diuitiaꝝ ẽphasin posuit. ¶ Cemẽtis. saxis ad fabricãdũ puisis. ¶ Adamãtinos. q frãgi non possunt pro metalli soliditate. ¶ Dira necessitas. pro morte posuit necessitatẽ. Sensus autem hic est. Quãuis multa possideas ampla: non tamen sincera & certa uoluptate his frui potes. Quippe cũ necessitate mortis astricta sit humana conditio: non possiste ullo remedio inde: aut præmio redimere: adamantinos aũt clauos p mortis necessitate posuit: q̃ uinci & expugnari nõ põt. ¶ Cãpestres. m. s. scythæ cãpestres dicti eo q̃ i cãpis sine tectis sub tentoriis uiuãt q̃ carpẽtis mouent: ut Salu. In quibus plaustra sedes sunt. ¶ Rigidi getæ aspi fortes: pp rigidã regionẽ: ut siue getis inferre manũ seu tẽdere ad indos. ¶ Nec cultura placet lõgior annua. i. q̃ nõ plus colãt nisi q̃ expẽsis unius ãni sufficiat cõtinuæ sedis icerti. ¶ Defũctũ. laboribus liberatũ ut magnis pelagi defuncte piclis. ¶ Aeq̃li recreat sorte uicarius: in laboribus succedẽdo unus alteri. ¶ Illic matre. ordo ẽ. illic innocẽs mulier tẽperat. i. parat pocula priuignis carẽtibus matre. i. nõ sunt: odia nouercaꝝ. Nec dotata regit uirũ Dos est donũ puellarũ nubẽtiũ. Castitatẽ laudat exemplo barbarico eo q̃ dotẽ hfit uirtutẽ parẽtũ & amorẽ coniugũ: q̃ uiros uitãtes externos seruant pudicitiã coniugalẽ. ¶ Et peccare nefas: aut præciũ mori. Mortem præcium dixit esse peccati: & est sensus. & peccare aut est illis nefas aut est pœna mori. Nam ad superiora respicit. ¶ Si quæret pater urbium. Si sit qui uelit patriæ pater uocari & statuarum titulos habere. Removeat licentiam presumendi: Et illicita non præsumat admittere. ¶ Clarus post genitis. aut postea laudetur in filiis: aut ob seueritatis & correctionis institutum posteris admirãdus. Quatenus. quamdiu: nam quatenus aduerbium est interdum temporis interdum loci: quatinus uero coniunctio est tantum. ¶ Incolumen. incorruptam sine corrigentis districtione seruatam.

¶ POR. In tactis opulẽtior thesauris. hac ode generaliter inuehit i luxuriã oẽm oia pphanãtẽ & ædificiis nouis non terram tm: uerũ ẽt maria occupãtẽ. ¶ Si figit adamãtinos sũmis. u. d. n. necessitatem hic pro morte posuit. Sensus aũt quãuis multa ãpla possideas: nõ tamen sincera: uoluptate his frui potes: qppe cum necessitati mortis te obstrictũ esse scias: nec possis inde te ullo remedio: aut præmio redimere. Adamãtinos autem clauos p necessitate mortis quæ dura ẽ & imutabilis mala cõceptiõe dictũ est. ¶ Cãpestres. m. s. qd' in cãpis sine tectis uiuant dicti sunt: de q̃bus & Salust. sic ait scyte nomades tenẽt: q̃bus plaustra sedes sunt. ¶ Et rigidi getæ: thraces sũt: quos rigidos dixit pp frigora regionũ earũ. ¶ Immetata q̃bus iugera liberas fruges & cererem ferũt. ¶ Immetata. i. iterminata. cõe aũt iter se barbaris solũ eorũ eẽ oibus notũ ẽ. Nec cultura placet longior ãnua. Hoc est: nec plus colunt q̃ unde unius ãni fructũ pcipiãt. ¶ Defunctũq; l. æ. r. f. u. uicẽ laborãdi inter se pstare barbaros oñdit. ¶ Et: m. a. u. subau diẽdũ extrinsecus cõcubitum. ¶ Et. p. n. aut. p. m. hoc ẽ peccare nefas uidetur. Aut qui peccauerit morte pœnas luit. ¶ O quisquis: ui. nõ recte a superiore ode hæc sepata sũt: cum inde pendeant & illis annexa sint. ¶ Si q̃ret. p. u. f. statuis. i. si uult gratiam apud ciues suos collocare: per quã mereatur: ut publicæ statuæ ponantur & in titulo earum pater urbium ascribatur.

¶ CHRI. Intactis opulẽtior. Animaduerterat poeta nullã pnitiẽ hoibus capitaliorẽ eẽ q̃ auaritiã. Quappuariis rõnibus hactenus illã e mẽtibus hũanis euellere tẽtauit. Nũc aũt maxie ex eo a uita amouẽdã esse probat qa neq; facta neq; mortẽ fugant diuitiæ. Censet igitur abigendam omnem cupiditatem: ne uitiis: quæ ab illa sunt: coinquinemur. cum illi qui cum uirtute degunt: & in uita magno in honore habeantur. & post mortem celebre & immortale de se nomen relinquant. ¶ Intactis. integris: & est ordo. Licet tu opulentior thesauris intactis arabum: aut indiæ occupes mare tyrrhenũ & punicũ tuis cementis. i. tuis ædificiis: tamen tu non expedies animum tuum metu mortis: neq; expedies caput a laqueis. i. neq; fugies metum mortis: neq; ipsam mortem: si dira necessitas. i. mors quæ dira in omnes est: & ineuitabilis est figit clauos adamantinos summis uerticibus. ¶ Arabum. qui pp copiam aromatum q̃ in omnes orbis partes inde exportant: undiq; ingentes pecunias coaceruant. Indiæ hæc fertilitate agroꝝ: pterea auro argẽtoq; uniõibus: qui ex mari sũt: & multis præciosissimisq; lapillis reliquas regiones supat. ¶ Tyrrhenũ. m. p hypbolem exprimit insanas structiões illius sæculi: & moles in mari iactas. Nam. L. Luculli multas ægregiasq; uirtutes pauci imitati sũt. Profusas ãt ædificationes multi: de quibus paulo supra dictum est. ¶ Punicum: quod continuatur cum tyrrheno. ¶ Caput laqueis. Nam mors omnes illaqueat: nec potest quisq̃ ab illius laqueis caput dissoluere. ¶ Figit clauos adamãtinos. i. infrangibiles: ut est adamas. ¶ Sũmis uerticibus. i. sũmis & i excelso gradu cõstitutis uiris: sit igitur. q̃ neq; diuitiæ neq; opes pñt a nobis arcere mortẽ. ¶ Scythæ: nã in scythia populi sunt quos scythas nomadas. i. pastores appellant. Qui armẽta sequẽtes familiã omnẽ & suppelectilia plaustris imponũt: & sine certis sedibus semper uagi: noua pascua sequunt. ¶ Iugera immetata. qa cũ oia habeãt cõia non sunt terminis neq; limitibus distinctæ terræ. Ergo ferunt liberas: fruges quia nullius propriæ sunt. ¶ Annua. nam tm ferunt quantum ad annum sufficiat. ¶ Defunctum: sentẽtia est. Cum alius hoc anno terram coluerit: ut tibi & sibi alimenta essent: tu uicissim succedis: & terram colis daturus: & sibi quod sat est. ¶ Defunctum laboribus: q̃ labores finiuit: & non sit plus laborandũ. Nam uicarius est qui alteri suas uices gesturus succedit. ¶ Aequali sorte. qa & ipsa annum laborem explet. ¶ Illis ma. c. pri. Nouerca. n. non sæuit in priuignos. Quod contra suis tempo-

ribus uituperat Maro. Hyppomanes qd' ſæpe male legere nouercæ. Miſcuerunt q̃ herbas & non innoxia uerba: & luue. Hyppomanes carmẽq; loquar coctũq; uenenum priuignoq; datũ. Priuignũ ãt dixerunt: quia prius q̃ ſecundæ nuptiæ ueniãt: genitus ſit. Pri. n. antiqui: ut pompeius affirmat: pro pre dixerũt. ¶ Temperat. abſtinet ab iniuria: ſignificat ẽt gubernare: ſed tũc accuſatiuo iũgit'. ¶ Nec do. nõ ſunt ibi mulieres cum magnis dotibus q̃bus fretæ maritis impent. Plautus. Dotẽ accepi: libertatem uẽdidi. Regit uiẽ q̃ non uiuit uir uxoris nutu. ¶ Nec nitido. ſ. a. Oſtẽdit audaciã eã: mulier: quæ frætæ adultero nihil reuerent'. ¶ Nitido. ſplẽdido. ¶ Certo fœdere. nam fœdus eſt in cõiugio: ut alter alteri fidem ſeruet. ¶ Preciũ. & pro pœna capit': ſic Teren. præciũ ob ſtultitiã fero. ¶ O quiſquis. Alloquitur pricipes ciuitatis & admonet poſſe tolli omne uitiũ ſi coerceat' licentia. ¶ Pater urbiũ. Nã qui bene de repub. meriti ſunt: illis ſtatuæ decernunt' cum titulis: in q̃bus ipſi patres patriæ appellent': ut Camillo contingit & Ciceroni. Nã ii nõ pp adulationẽ ut ĩperatores: ſed pp eorũ merita nõ a populo in ſeruitutẽ redacto: ſed ab eo populo quẽ ipſi a ſeruitute tutũ reddiderant patres patriæ ſũt appellati: uñ luue. Roma patrẽ patriæ ciceronẽ libera dixit. ¶ Sub ſcribi: q̃ſi hypogrãma ponere. ¶ Clarus. ſ. fama & gloria noĩs. ¶ Poſt genitis. poſteris. ¶ Quatenus. uitiũ eſt oĩum ſæculorũ ut uiuẽtiũ uirtuti iuideamus: poſt mortẽ ãt in honorẽ habeamus. ¶ Ergo q̃tẽus. i. quouſq; odimus nos uirtutẽ ĩcolumẽ. i. uirtutẽ uiuẽtiũ hoĩum. q. d. ſp odimus. ¶ Heu nefas: p interpoſitionẽ dictũ ẽ: ut exprimat' dolor. Odimus ergo uirtutẽ in uiuentibus. deide cũ ẽ ſublata ex oculis. i. cũ defũctus ẽ hõ ĩ quo uirtus erat tũc illã q̃rimus. i. deſideramus. Poſuit. n. ſubſequens pro antecedẽti: nam deſiderium inquiſitionem antecedit.

¶ ANT. Quid triſtes q̃rimõiæ: ſenſus ẽ q. d. ꝓdeſt cõqueri de uitiis ſi culpa nõ pũitur ſupplicio. ¶ Quid leges. ſenſus eſt. qd. pſunt leges ſine obſeruatione & uſu. ¶ Pars incluſa caloribus: intelligit zonã illã temperatã q̃ torrida zona a nobis ſeparatur. ¶ Nec boreæ. ordo eſt. nec latus. ſ. mundi boreæ finitimum ubi aſſiduæ niues uti ſuperius de hyperboreis: & ripheo iugo oſtẽdimus. ¶ Magnũ pauperies. ſenſus eſt. quod paupertas quæ iam in opprobrium & dedecus habetur iubet omnia pati: & ſubire ſpreta uirtutis uia: ut enim ditentur fas & nefas una confundunt. ¶ Vel nos in capitolium: hoc in loco poeta ipſe Horatius conſulit uel ĩ capitolium gemmas & aurum: uel in mare mittẽda ut eis malorum cauſæ fugientur. ¶ Clamor. illuc enim cum ſpectantium clamore & plauſu triũphantes accedebant. ¶ Scelerum ſi bene pœnitet: deſt ſi bene piget ſcelerum & malorũ tollãt' elementa auaritiæ. ¶ Elemẽta. pricipia & cauſæ. ¶ Teneræ mẽtes. puerorũ intelligit: uel ẽt laſciuientiũ: dicit aũt militiæ exercitia celebrãda eẽ: ut uitiorũ cauſæ tollantur. ¶ Ingenuus. liber & generoſus. Græco trocho ab græcis inuẽto. uñ & nomẽ hẽt græcũ nã τροχάζω curro ſignificat τροχιὰ orbita curſus ueſtigiũ τροχὸς reuolutio rota curſus. ¶ Vetita legibus alea: de ludis lege prohibitis tute ipſe legũ titulos & tractatus cõſpicito: plurima enim uidebis euitãda. ¶ Cum periura patris. damnat parentum perfidiam in acqrẽdis rebus indigno & uitioſo hæreda. ¶ Cõſortem eiuſdem ſortis: eſt aũt ſors id quod uulgo capitale appellant. Hoc eſt ſumma illa pecuniæ quã quiſque in medium ponit ad emendas merces. ¶ Improbæ. iniquæ. iniuſtæ. ¶ Curtæ. rei. i. diuitiis q̃ certe uidentur. auaris paruæ: ſemper aliquid deeſt quia habẽdi ſitis nunquã expletur.

¶ ACR. Sublatã. remotam. nam uirtus ſic quærenda ẽ ut ſemp præ oculis habeatur: ſed ſic uirtutem quærimus ut ſemp abſens ſit cauſa uidelicet noſtræ neqtiæ. ¶ Quid triſtes. q. Quid malis iuuat moribus conqueri ſi nõ culpa licentiæ compeſcitur. ¶ Quid le. ſine moribus. uanas dicit leges: niſi moribus & honeſtate ſeruentur: unum pendet ex altero: ideo autem uanæ: quia ſine moribus. ¶ Si neq. ſ. ſi nihil poteſt obſtare cupiditatibus: per quas nõ tãtum leges irrumpuntur uerum etiam rerum natura expugnatur lucri cauſa dum etiam nec inhabitabiles orbis regiones poſſint prohibere commertia. ¶ Finitimum latus: nobis uicinum: nam ſeptentrionalis plaga nobis uicinior ẽ utpote in qua eſt Axis. ut & Virgilius. Hic uertex nobis ſẽper ſublimis. Et aut ſic eſt nobis intelligendum aut quod eſt melius. ¶ Nec latus finitimũ boreæ. ideſt gelido elimati: ut ſit ſenſus: ſi nec plaga finitima gelu abigit mercatorem uult autẽ intelligi ſeptentrionẽ. Tanq̃ nec hæc q̃ iter-

Sublatam ex oculis quærimus inuidi,
Quid triſtes quærimoniæ:
Si non ſupplicio culpa reciditur'
Quid leges ſine moribus
Vanæ proficiunt' ſi neq; feruidis
Pars incluſa caloribus
Mundi: nec boreæ finitimum latus:
Duratæq; ſolo niues
Mercatorem abigunt. horrida callidi
Vincunt æquora nauitę.
Magnum pauperies opprobriũ iubet
Quid uis & facere: & pati.
Virtutiſq; uiam deſerit arduæ.
Vel nos in capitolium:
Quo clamor uocat: & turba fauẽtiũ:
Vel nos in mare proximum
Gemmas: & lapides: aurum & inutile
Summi materiam mali
Mittamus. ſcelerum ſi bene pœnitet
Eradenda cupidinis
Praui ſunt elementa: & tenerę nimis
Mentes aſperioribus
Formandę ſtudiis. neſcit equo rudis
Hærere ingenuus puer:
Venariq; timet ludere doctior
Seu græco iubeas trocho:
Seu malis uetita legibus alea.
Cum periura patris fides
Conſortem ſocium fallit: & hoſpitem
Indignoq; pecuniam
Hęredi properet: ſcilicet improbe
Creſcunt diuitiæ: tamen
Curtę neſcio quid ſemper abeſt rei.

dicta ſũt natura abigãt mercatorẽ. ¶ Duratæq;. ſ. n. gelu nimietate frigoris ſolidatæ. ¶ Abigũt: cohibẽt repellũt. ¶ Callidi: cupiditatũ & uitioꝝ diſtinguit origines: primum. n. dicit quod negatũ mortalibus elemẽtum nauigiis temptatum eſt: ideſt ad maiora porrectum: unde & Virgilius. Pauca tamen ſuberũt priſcæ ueſtigia fraudis. Quæ tẽptare thetin ratibus quæ cingere muris Oppida: quæ iubeant telluri infindere ſulcos. ¶ Magnũ pauperies opprobrium: hoc eſt ex quo cœpit probro eſſe pauperies & crimini dari per omne nefas diuitiæ quæri cœperunt: ut & quem ſuaſiſſet ægeſtas uile nefas uirtutis fortium factorum ſiue philoſophiæ. q̃ibus erat amica & grata pauperies. ¶ Vel nos: ordo eſt. ſi bene pœnitet ſcelerum eradenda ſunt elemẽta praui cupidinis: ideſt cupiditatis: & nimis teneræ mentes aſperioribus ſtudiis: formandæ uel in capitolium quo uocat nos clamor & turba fauentium. Mittamus gemmas & lapides & inutile aurum: materiam ſummi mali. Vel nos: ſubauditur mittamus in proximum mare gemmas &c. ¶ Summi. m. ſummum malum auaritiã dixit ex qua uitia omnia procreantur. ¶ Et teneræ nimis: duplex intellectus eſt: utrum puerorum mentes teneras dicat eſſe formandas ad aſperiora ſtudia: hoc eſt fortiora: an certe luxurioſorũ mentes teneras appellat quas uult abiectis luxuriæ iſtrumentis auro & gemmis aſperioribus ſtudiis reformari. ¶ Ingenuus puer: ingenuum ciuem romanum uoluit intelligi: ſiue nobilem: ut ingenui puer uultus ingenuique pudore. ¶ Ludere doctior: culpat romanos quos omiſſo exercitii ſtudio ad græcos ineptos luxurioſoſq; ludos filios tranſtuliſſe commemorat. Seu malis legibus luſus aleæ puniuntur propter nuditatis incæſtum. Cum periura patris fides. Cum patris familiæ fides ad congregandam hæredi pecuniam periura hoſpites fallat & ſocios. ¶ Indignoq; pecuniam: hæc inquit: quæ per ſcelus acquiritur congregant' nihil proſunt dum relicta indignis heredibus per luxuriam conſumuntur: & male parta male dilabuntur. ¶ Curtæ neſcio. cupido ſemper adeſt: ſemper aliquid abeſt rei: nunquã tm̃ res creſcit: ut ſufficere uideatur cupiditati.

¶ POR. Quatenus heu. n. u. ĩcolumẽ odimus. ¶ Sublatam ex. o. q. i. qui bonos uiros ĩcolumes oderimus etiam mortuos oderimus. ipſe oſtendit inferendo iuidere. Vere enim per ſuidentiam fit: ut boni uiri dum uiuant ociosi ſint. ¶ Quid triſtes quærimoniæ proficiũt. Senſus eſt autem. quid prodeſt nos de malis moribus conqueri. ¶ Si non. c. licentia pœna compeſcitur. ¶ Quid. l. ſenſus eſt: uanæ ſunt leges ſi non obſeruent' a moribus. ¶ Si neq;. ſ. p. in. c. i. ſi nihil poteſt obſtare cupiditatibus per quas nõ tantũ leges rumpunt'. uerum etiam ipſa natura. expugnat' lucri cã adeuntibus pene inhabitabiles orbis terræ regiones. Nec boreæ finitimum latus. quo finitimũ latus boreæ dicit auſtralinoiato: cũ inter ſe hæc longinqua & toto orbe diuiſa ſint: nunqd & huic elocutioni ſubtiliorẽ intellectũ adhibemus: ut nec priculã bis accipiamus: ſemel ſic intelligẽtes: ſi nitimũ borreæ latus: iterũ ſimpliciter. Nec boreæ finitimũ lat9: duratæq; niues mercatorẽ abigũt. ¶ Horrida callidi uicũt æquora nauitæ. Magnũ paupies opprobriũ. iubet qd uis & facerẽ & pati: ex quo cœpit ĩqt pauptas probroſa eſſe & oñtum uideri: p omne nefas diuitiæ quæri cœperunt. ¶ Opprobriũ. ſ. pauptatis uiã deſerit uirtutis. ¶ Scelerũ bñ pœnitet: bñ ꝓ ualde poſitũ: ut apud enniũ freq̃nter. Et teneræ nimis mẽtes: utrũ puerorũ mentes teneras nimis digitiſq; formãdas ad aſperiora ſtudia. An uero luxurioſorum mẽtes teneras appellat: quas uult abiectis gẽmis & auro formari ad aſpiora ſtudia. ¶ Neſcit equo rudis hærere ĩgenuus puer ĩraſcit'. romanos omiſſo militaris exercitii ſtudio ad græcos ineptos luxurioſoſq; luſus trãſiſſe. Cum periura patris fides conſortẽ ſociũ fallat & hoſpites: nõ eſt inqt mirum augeri quotidie cenſum unicuiq; priuatorũ. cũ oẽs ſcelere graſſent' in hoſpitẽ in ſociũ: in cõſortẽ acquirẽdi ſtudio: & tñ nil tũ his ꝓdeſt: qa indigno hæc heredi relicturi ſunt qui corrupti luxuria ſeruare hæc. ſ. nõ poſſunt. ¶ Tñ curtæ neſcio qd ſemp abeſt rei. hoc ad ipſam auaritiæ naturam refertur: cui cum nihil deſit ſemper uidetur deeſſe.

¶ CHRI. Quid tri. q. Hæc. n. ẽ ĩ ciuitatibus cõſuetudo: ut oẽs uitã turpẽ doleamus: pauci corrigere tẽtẽt: Ergo nihil ualent triſtes & ſeueræ quærelæ: ſi culpa non punit'. ¶ Quid le. nihil ualent leges. ¶ Sine mori. i. ſi non deducuntur in conſuetudinẽ. ¶ Vanæ. i. q̃ uanæ ſunt: ſi ſint ſine moribus. quid ergo proſũt leges niſi mercatorum auaritiam cohibeant: nihil profecto. Leges enim inuentæ ſunt ut aut recta iubeant: aut a prauis coerceant. ¶ Sineq; fer. p. in. c. Sineq; mũdi pars incluſa caloribus: ut ſũt loca torridæ zõæ ſubiecta. ¶ Nec latus finitimũ borreæ. i. plaga ſeptentrionalis. ¶ Niues duratæ. i. glaciæ aſtrictæ. ¶ Abigunt. Arcent quin illas adeat. Immo eſt tanta habendi cupiditas: ut ingenium acuant: & inueniant per calliditatem artem: qua nauigãdo tẽpeſtates ſuperent. Hoc aũt eſt: quia tale opprobriũ pauptatem putant. ut oĩa pati uelint mõ illam fugiãt. Eãdẽ ſniam alibi pronunciauit. ¶ Impiger extremos currit mercator ad indos per mare paupiem fugiens per ſaxa p ignes. Ergo parati ſunt oĩa pati: ut pauptatem fugiant. Virtutis aũt uiam deſerunt. ¶ Arduæ. qa ſublimis eſt uirtus: uel arduæ difficilis. Nam aſpera primo & pene iuia & ſudoris continui & laboris plena eſt uia quæ ad uirtutẽ ducit. ¶ Vel nos: poſtq̃ moribus ĩpedimento ſũt diuitiæ: uel illas trãſferamus ad capitolinũ iouis tẽplũ exornandũ. ¶ Quo: in qd' capitoliũ. ¶ Vocat clamor. q. d. plauſus q exhibet' triũphãtibus. ¶ Fauentiũ q̃ſi plaudentiũ. Ergo hũc potiſſimũ locũ nr̃is diuitiis ornemus: ad quẽ tãtus cõcurſus ẽ. q. d. ut ſi religiõis cã id nõ facimus faciãus cã gloriæ. ¶ Vel in mare. q. d. tantoꝝ maloꝝ cã ſũt diuitiæ: ut ẽt nõ ſit inutile eas abiicere. ¶ Vel. mittamus in mare ꝓximũ. ſ. tyrrhenũ. g. & I. & au. i. cum ſit materies tãti mali. ¶ Si bene pœ. i. ſi uera eſt noſtra pœnitẽtia. ¶ Eradenda: penitus euellenda. ¶ Elemẽta: principia ĩquacũq; re elementa dicimus. ¶ Teneræ: molles & effœminatæ. Vel teneræ propter iuuentutem quo tempore recte informari poſſunt: ¶ Hærere: nã q hæret: etiam ſi excutiatur: non cadit. ¶ Rudis: qa ſe nõ exercuit. Dolet igitur q puerilis ætas. uel trocho ludo iutili ludat: uel q pnitioſius ẽ alea: q̃ legibus uetat'. Ergo qa non cohibet' licẽtia aut uanitati ſtudet: aut rebus pernitioſis. Equitare ãt aut uenari: quæ ſtudia & animi: & corporis uires augent: non uoluunt. ¶ Trocho: inſtrumentum eſt orbiculatum in acutũ deſinẽs: quod habenis uerberatũ aſſiduo uoluitur eſtq; uerbũ græcum. τροχὸς: & rotam ſignificat & reuolutionem. hunc latini turbinem appellant. Virgilius Ceu quodam torto uolitans ſub uerbere turbo. Quem pueri magno in gyro uacua atria circum intenti lu-

do exercent illé actus habena curuatis fertur spaciis stupet inscia turba. Impubesq; manus mirata uolubilæ buxum. ¶ Dant.animos plagæ. ¶ Cum periura fides.sententia est.pater per summã perfidiam pecuniã quæ ri:quam filius ludendo perdat. ¶ Periura fides.i.pfidia q̃ est quando fides periurio fallit. ¶ Consortẽ sociũ. Et socium & societates in mercatura dicimus:ut in multis locis apparet apud Cice.& præsertim in oratiõe pro.P.Quintio. ¶ Consortem.sortẽ & caput dicitur prima pecunia:quæ confertur in societatem: ut inde lucrum fiat:quod nostri societatis corpus appellant. Ergo consortem.idest qui tãtundem sortis attulerat ad societatem:quantum ipse:& tamen non tantum lucri socio ascribit quantum sibi. Sic ergo puto intelligi consortem. Sed dicimus etiam consortem qui eiusdem sit sortis:& conditionis & fortunæ. Virgilius. Et me consortem nati concede sepulchro. Fallit igitur socium:quod scelestissimum putatur. Cicero pro Sex. Roscio Recte igitur maiores nostri eum qui socium fefellisset in bonorum uirorum numero habendum nullo modo putauerunt. Videtur autem sentire poeta q̃ parentum scelera causa sunt:ut malo exemplo filii peccent Iuuena. Sic natura iubet uelocius & citius nos.corrumpunt uitiorum exempla domestica magnis cum subeũt animos auctoribus Hospitem: de quo alio loco dictum est. ¶ Indigno heredi. Filio qui propter scelera indignus est illa pecunia. Vituperat ergo auarum primo q̃ quæstus gratia tolleret omnes labores atq; pericula. Deinde per stultitiam putet summum malũ esse pauperratem. Tertio in loco q̃ quærat per omne nefas & scelus. Additur quarto q̃ sit malo exemplo teneræ ætati filiorum. Additur & quinto q̃ diuitias pariat hæredi indigno:postremo q̃ etiam post multas opes partas adhuc cupiditates suas non expleuerit.

Argumentum. ODES. XXV.

¶ ANT. Ostẽdit Hora.se bacchi numie plenũ ab illo in nemora & specus rapi:ibiq; Augu.cæsaris numen. & laudes stellis iserere uelle & iouis cõcilio scribit. ¶ Quo me bacche rapis:ode est similis supiori. ¶ Noua mente. nouo spũ:bacchico.i.Quibus antris: ordo ẽ.Quibus. in antris meditãs audiar inserere stellis & iouis.consilio æternũ decus egregii cæsaris. ¶ Aeternũ decus:augustũ iter deos relatũ iri oñdit. ¶ Cõsilio iouis: ut interfit ibi cũ aliis diis. ¶ Insigne.i.ornamentũ:rettulit.n.ad illud: æternũ decus stellis iserere i dictũ ore alio:hoc ideo qa recẽs erat isigne illud. ¶ E sõnis.uigilãs. ¶ Euhyas.i.bacha ẽ.n.patronimicũ fœmininũ nã Euhyus bacchus ẽ ab uoce bacchantiũ. ¶ Hebrũ.fluuius ẽ hebrus sub rhodope thraciæ mõte niuoso:ut scr.Pli.li.iiii.ibi ãt orpheus sõaẽ cãtareq; solitꝰ erat & ibi sacra liberi p̃ris orpheo primũ initiãte celebrabant:ut scri.Mela:est ãt mõs sublimis post hæmũ:ut Strab.ait li.vii.Proleme.lib.iiii.ait Rhodopẽ montẽ esse supra nesum fluuiũ atq; hebrum.

Euhias hebrus rodope

¶ ACR. Quo me bacche ra.Hac ode liberũ patrẽ iuocat eo q̃ ipse musicus deꝰ sit petẽs ab eo: ut se i secreta nemoꝛ suoꝛ ducat ubi numine eius repletus Cæsaris Augusti laudes canat:allegoricos significãs nõ sufficere spũm suũ laudibus augu.nisi numis eius istinctu iuuet. Aut quos agor i specus.Hic masculio genere specus posuit:dicit & hoc specus. ¶ Quibus:grauiter: pronũciandum. ¶ Decus:idest consecrationem dicit. ¶ Mente noua:quæ nouam faciat præsentiam numinis:hoc est homini inconsuetam. ¶ Quibus antris:ordo est. Quibus antris meditans audiar serere stellis:& concilio iouis æternum decus egregii Cæsaris. ¶ Indi.o.a.ab alio. Adhuc non dictum.E somnis uigilãs per furorem. ¶ Euhyas: baccha.i.nõ aliter baccha prospiciens hebrũ fluuium thraciæ:uel rhodopen montem regionis eiusdem delectatur:q̃ ego uidens.nemora scripturus cælaris consecrationem in antris musicis. Vt quemadmodum.Deuio uaticinanti. ¶ Repleti.enim numinis per deuia agi.& remota consueuerant:deuium dictum a uia remotum.

¶ POR. Quo me.Hac inuocat liberum patrem petens ab eo ut se in secreta aliqua nemorum suorum ducat ubi numine eius mentem instinctus Cæsaris augusti laudes canat. Per quæ uidet allegoricos significare non sufficere spiritum suum laudibus augusti sine liberi numine:nam & ipse musicus deus est. ¶ Quibus antris egregii cæsaris:&c. Quibus:graui sono pronunciandum:est enim subiunctiua particula quæ præposuit quos agor in specus.subiunxit. Quibus antris egregii cæsaris: audiar: in quo & σφεηγισις figura denotanda.qa p̃dictum specus antra sunt. ¶ Aeternum meditans:consecratione dicit. ¶ Dicam in.r.indictũ ore alio. Per hæc primum se lyrica tangere signat. ¶ Hebrum prospiciens:hebrus est thraciæ fluuio.Rhodopẽ:mons thraciæ. ¶ Vt mihi deuio. Deuium est a uia remotum:ac per hoc in siluis ac solitudinibus agentem.

¶ CHRI. Quo me bacche rapis quia desperat hũana mẽte posse laudes Cæsaris dicere:cupit furore dei rapi:& cum uæhementer cupiat:iam se rapi putat. Admirabũdus ergo dicit. Quo me bacche rapis:& triplici ut alio loco demõstratũ ẽ colore uehæmẽtiam exprimit repetitiõe:dissoluto:& interrogatiõe. Plenum tui parcitum tuo furore:quo poetæ altius insurgere possunt:& grandiora efferre. Nam q̃ uatibus præsit Lucanus demonstrat. Nec si te pectore uates Accipiam cyream uelim secreta mouentem Sollicitare deum bachumq; auertere nysa. ¶ Specus:hoc nomẽ & ne utrum inuenitur:hoc specus. Vir. Hic specus horrendum & sæui spiracula ditis. Ennius autem in fœminino posuit. Ait Priscianus. Dicitur etiam spelũca & speleũ. Vir. Ipse inter siluas iter spelea ferarum: Dixit autem in quos specus:cum se furore plenũ sentiret: quia ex antris

¶ Ode.xxv.dicolos distrophos ad bacchũ.

Vo me bacche rapis tui
Plenum. quæ nemora : aut quos
agor in specus
Velox mente noua:quibus
Antris egregii cæsaris audiar
Aeternum meditans decus
Stellis inserere:& consilio iouis
Dicam insigne recens adhuc
Indictum ore alio non secus in iugis
E somnis stupet euhyas
Hebrum prospiciens.& niue candidam
Tracen.ac pede barbaro
Lustratam rhodopen.ut mihi deuio

puenire solebãt ab aliquo deo imissi furores:ut uidemus i sybilla:& i pythia apollinis sacerdote. ¶ Nemora q̃ & bacchi sacris & poetis apta sũt. ¶ Velox.ad ingenium allegoria ẽ. ¶ Noua mente.i.insolita:ergo plusq̃ humana. ¶ In qbus antris audiar.ut i illis diuinũ me numen afflet:quo possim inserere stellis.i. cõsecrare cælo. ¶ Decus Cæsaris.i.ipsum cæsarẽ cui erit summũ decus:quasi annuat:illũ insignũ aliquod cæleste cõuersum iri.Sic.n.& Vir.spaciũ libræ occupatuꝛ eũ scribit:ut sit inter scorpiũ & uirginẽ:ut a scorpio matris domicilio disciplina rei militaris ta uirgine q̃ mercurii ẽ scia atq; eloquẽtia puẽtura sit.ait.n.anne nouũ tardis sydus te mensibus addas. Qua locus erygonẽ iter chelasq; sequẽtes. Pandit ipse tibi iã brachia cõtrahit ardens. Scorpius:& cæli iusta plus pte reliqt. ¶ Egregii.q̃si q unicus iter mortales sit. ¶ Cõsilio io.Hoc ãt cõsiliũ.i.cõciliũ deoꝝ cœrũ itelligit.nã oẽs ioui assistũt. Vir. Pãdit iterea domus oipotẽtis olipi.Cõciliũq; uocat diuũ pãrq; hoium rex. Fingũt.n.poetæ iouis regiã i medio cælo eẽ:& maiores deos ꝓpinq̃s illi sedes hãe minores lõgius abesse. Oui. Hac iter est supis ad magni tecta tonantis. Regalẽq; domũ dextra leuaq; deorũ atria nobilium uaiuis celebrãt aptis. Plebs hãt diuersa locis. ¶ Dicã.cãnã.ut poeta Vir. Dicite q̃ñ qdẽ molli cõsedimus herba. ¶ Insigne recẽs q̃si insolitũ:qd declarat addẽs adhuc idictũ. Ore alio:pollicet se carmẽ i honorẽ Augusti formatuꝛ:qd' hactenus dictũ nõ sit:qa carmẽ lyricũ nemo e latinis adhuc tẽtarat ipse in epistolis. Hũc ego nõ alio dictũ prius ore latinis. Vulgaui fidicẽ:neq; arrogãter hæc scri.nam iam demonstrauit nõ suis uiribus hoc euẽtuꝛ:sed afflatu numinis.uel ostẽdit id Cæsar fecisse:qd' nõdũ quisq̃ fecisset:ppteréaq; a nemine dictum. ¶ Nõ secus.non magis delectat. ¶ Euchyas.i.bacchi sacerdos ab ipo Euchyo.i.baccho denominata prospicere hebrum & rhodopen:q̃ ego uidere ripas & nemora. ¶ E somnis.uigilãs.nocturno.n.tpe celebrabant hæc sacra. ¶ Hebrũ.hic in thracia fluuius est:cuius in hostio Polydori tumulus:& nõ ꝓcul inde apollinis tẽplũ est. ¶ Candidã niue.nam regio septẽtrionalis est & frigida. ¶ Pede barbaro.nam ipsi thraces barbari sũt: q Orpheo canẽte orgya baccho celebrabant. ¶ Lustratã.Circũdatã a bacchantibus:uel purgatã sacris bacchi.

Ripas & uacuum nemus
Mirari liber.o naiadum potens
Baccharumq; ualentium
Proceras manibus uertere fraxinos.
Nil paruum aut humili modo
Nil mortale loquor.dulce piculũ est
O lenee sequi deum
Cingẽtem uiridi tempora pampino.

¶ ANT. Ripas fluminũ.s.ad uoluptatẽ. ¶ Vacuũ nemus Augusti decus ab aliis idictũ itelligit. ¶ Naiadũ.i.musaꝛũ q̃ & nymphæ dicũt. Vir.i.b.nymphæ noster amor libetrides qũo aũt bacchus musis oblectaret supra iã patuit. ¶ Valẽtiũ uertere:tuo uidelicet numine agente. ¶ Proceras. fraxinos lõgas arbores:bacchũ.n.in bella mulieres sequebant : a q̃bus bacchãtibus ipse bacchꝰ dictus ẽ. Auctor diodo.li.iiii. ¶ Nil.mortale:dixerat.n.se dictuꝛ æternũ decꝰ cæsaris.humili mõ.i.lyricis uersibus:q̃ hũiles sũt:diuina quoq; loq̃r. ¶ Dulce piculũ.dulcis labor. ¶ Leneæ:a torculari quo uinũ exprimit bacchum dici uolunt:ut ait Diodorus lib.iiii.

¶ ACR. O naiadum potens.Diony.habens potestatẽ in nymphis uel in bacchis ẽ. ¶ Vertere fraxinos. Tãtũ uiriũ liberi significat esse cultricibus:ut arbores radicitus:possint uertere numinis instinctu. ¶ Nil mortale lo.nihil q̃ mortali cõueniat si me in tuos specus ac secreta nemorum duxeris. ¶ Cingẽtem.amphibolice dictũ:utrum sibi tantum cingentem:an quoscunq; suo numine replere consueuit.

¶ POR. Diximus aũt hæc allegoricos dici q̃ñ p ea itelligi uult se iusitatũ romãis carmẽ tractare: ¶ O naiadũ baccharũq; ualẽtiũ potẽs mãibus uertẽ fraxios. Vult itelligi tãtas uires cultricibus liberi p̃ris istictu numis eius eẽ:ut ẽt ꝓceras arbores radicitus possint uertere. ¶ Nil mortale loquar. Subaudiẽdũ si me i tuũ specus ac secreta nemoꝛ duxeris. ¶ Cingentẽ.u.t.p.utrũ sibi tm̃ ea cigẽtẽ an quoscũq; numie suo cõplere dignat.

¶ CHRI. Vacuũ.desertũ ergo poetis aptũ.Rhodopẽ.Mõs ẽ thraciæ sic a puella pulcherria denominatus. ¶ O na.po.Nã baccho & musæ & nymphe dant. Valẽtiũ euer. ꝓ.fra. Nam parcitæ numine bacchi supra humanas uires possunt. Taciteq; etiã ex phyfica ratione ostendit uino uires augeri. ¶ Fraxinus autem arbor : est q̃ montibus gaudet. Vir. Fraxinus in siluis pulcherrima pinus in hortis Arbor celebratissima est ab Home.i hasta achillis. Huius succus ad potum expressus contra serpentes ualet arborem ipsam ita refugiunt : ut ne umbram quidem attingant. Expertum se Pli.affirmat si necessitas sit:serpentẽ in ignem potius q̃ in fraxinum effugere. ¶ Dul.pe.periculũ quidẽ est in res tam magnas sequi te. Sed tm̃ non est fine uoluptate tale piculum. ¶ Cingentem. Vel bacchum ipsum cingentem. Vel est periculum hominem cingentem sequi te.

Argumentum. ODES. XXVI.

¶ Ode.xxvi. tricolos tetrastrophos ad uenerem.

Vixi puellis nuper idoneus
Et militaui non sine gloria.
Nunc arma defunctũq; bello
Barbiton hic paries habebit:
Leuum marinæ qui ueneris latus
Custodit.hic hic ponite lucida
Funalia & uectes & arcus
Oppositis foribus minaces.

¶ ANT. Amori finẽ imponere destinat:& i ueneris tẽplo barbitõ affigere tãq̃ emeritus:orat postea uenere ut chloẽ asperã semel flagello tãgat. ¶ Vixi puellis.ode ẽ similis nonæ Militaui:militiæ spẽs amor ẽ:iqt Oui. ¶ Nõ sine gloria: ẽ.n.potiꝰ re cupita. ¶ Arma istã ipa amatoria. Defũctũ bello.q̃ finiuit amatoriæ militiæ ludũ. Mariæ ueneris ex spũa .n.nata ẽ i mari:inde dẽ aphrodite. ¶ Leuũ lato: i sinistro tẽpli latere intelligit. ¶ Funalia.faces intelligit.qbus amicarũ ianuæ urebant aliq̃ũ. Vectes dicti sunt uectes: palli ferrei: q̃ manibus uectent. Cæsar li.ii.de bel.ciui. Oppidãi saxa q̃ maxia possũt uectib̃ꝰ pmouẽt. ¶ Mẽphim.erat mẽphis ægiptioꝛ regia:urbs magna & populosa:& secũda post Alexandriã. Mẽphi erat ueneris phanũ quæ græca dea censebatur. Quidam lunæ id dicunt auctore Strabo.li.xvii.

uectes
mẽphi

¶ ACR. Pindaꝝ quisq s: hæc ode ad Antoniũ Iuliũ Marci antonii triũuiri filium scribit: cõtinẽs laudes pindari lyrici poetæ: quẽ dicit siqs imitari uelit: ita piculũ suæ existimatiõis icurrere sicut icarus conatu sui. Opedædalia: hæc fabula dædali ẽ dũ pẽnas sibi & icaro filio arte mechanica cæris adhxis posuisset: ut uolatu minois fugeret tyrãnidẽ: icarus altũ petẽs i ipso uolatu perit: & casu suo mari nomen dedit. ¶ Vitreo: pspicuo: ut uitrea re fucinus unda. ¶ Monte de. torrẽti fluuio pindari cõparauit ingeniũ significans eũ & in dicendo cũ & sensibus abũdantẽ. ¶ Quem sup. n. a. r. q aluei ripas uelut aquis nutritus excesserit. ¶ Feruet: feruere dixit pindaꝝ ut ignei igenii acumẽ ostideret. ¶ Laurea. d. a coronãdus cõsueta poetis lauro appollini cõsecrata. ¶ Noua aut admirãda: ut pollio & ipse facit noua carmia: aut ab eo iuenta: ut finibus expulsum patriis: noua regna petentem. ¶ Dithyrambos: dithyrambon carmen est quo libri in liberum patrem compositi sunt. Hos dithyrambos ideo audaces dixit: quia cæteris rithmis uehæmẽtiores sunt: uel qa noua uerba in his pindarus scripsit. ¶ Numerisq;. f. l. f. numeris quibus rithmus ad somnũ pertinens. colligitur non pertinẽs ad uersuum legẽ ut Vir. De pari carmine: numeros memini si uerba tenerem. Ergo in hoc lex pedum non quæritur sed syllabarũ sed quasi sono uocis dithyrãbi & æquali rythmo cantenť: aut lege solutis dixit: quia in hoc metro licet uariare: & non in eodẽ metro pmanere: ideo aũt uolũt dictos dithyrambos uoluti cui licet alio uti. hostii. n. uocabulo igressus thira græci appellãť. ¶ Ferť: uelut uates rapiť. ¶ Seu deos regesq; ca. deos dixit pp pæanas pindari. reges propter euconiam quia inter olimpionicas laudauit hieronem regem siciliæ. Laudauit etiam herculem siue ixionem & pirithoum: qui occiderunt centauros proserpinam rapere conati sunt bellorophontem laudatum cõmemorat in chimæra: castori quoq; & polluci laudes dixit: qui in elide epiri ciuitate agõe olympica pugilatu & equorum cursu floruerunt: ut hic & ad elei metas & maxima campi: sudabit spacia: in eodem agone poetæ heroum laudes dicẽtes coronabãtur & accepto themate certabant. Siue quos ælea domum reducit palma cælestes. Cælestes dixit propter honorem numinum quibus agon impẽditur.

¶ POR. Pindaꝝ. q. f. æ. Hæc ode ad Antoniũ Iuliũ. M. A. triũuiri filiũ scribit cõtinẽs laudes pindari lyrici poetæ. ¶ Iule. c. o. d. n. p. i. alciora q̃ possit expedire conatus dicere quẽ admodũ icarus dædali manibus factis pẽnis. ¶ Vitreo. d. n. p. qa ab icaro mare icariũ appellatũ. ¶ Vitreo ãt põ. i. uitrei coloris. ¶ Seu. p. a. n. d. aut plurimũ sibi hic pidarus pmittat: nã & maxõ spũ nouas historias hoc metro canit: noua aũt uerba aut admirabilia ut ab ipo pidaro facta eẽ accipe. ¶ Numerisq;. f. l. f. iõ qa plærũq; ad uoluptatẽ suã qsq; lyricus poeta metrũ sibi fingit rõ ut quẽ sibi ipse initio ode statuit ordinem necesse hẽbat ad finẽ usq; custodire. ¶ Siue. q. e. d. n. c. utrũ castorẽ an pollucẽ significat an generaliter quicũq; ex certamine sacrorum agonũ uictoriã reportauerit.

¶ CHRI. Pindarũ qsqs. Snia est oium doctoꝝ pindaꝝ post homerũ primum eẽ inter græcos poetas: nec desunt q illũ homero ꝓponant. inter lyricos principatũ sine cõtrouersia obtinet: spũs magnificẽtia: sniis: figuris: beatissima rerũ uerborũq; copia: & uelut quodã eloquẽtiæ flumine. Quapp quintilianus quoq; huiusce modi nostri poetæ sniam summopere approbans eum nemini imitabilẽ affirmat. Est ergo ode ad iulium antonium. M. Antonii triumuiri ex octauia augusti sorore susceptum filium. Cuius sententia est. ut siquis adeo audax sit utnitať imitari pindaꝝ: is profecto sentiet nõ aliter suos conatus irritos futuros: q̃ senserit icarus: q cum uolare nesciret in mare decidit. ¶ Pennis cær. Quam fabulam quia iam enarrata est omitto. ¶ Nomina ponto: nam icarum ab eo est appellatum. ¶ Mõte. d. Hactenus proposuerat esse inimitabilẽ pindarum nunc affert rationem propositionis. Describit igitur uæhementiam pindari in dicendo: & illum comparat torrenti subitis imbribus aucto. Nam uæhementiam dicendi genus torrens latini appellant: quoniã torrentes flumina sunt per montium præcipitia decurrẽtia quæ si diluuio turgescant nihil magis rapidũ inuenias. Sic & græci hanc uim ὁρμητικὴν appellant a uerticibus & reuolutionibus aquarum. ¶ Aluere: auxere. ¶ Immensus: propter diluuium. ¶ Laurea apol. Corona laurea apollini dedicata: qua poetæ coronantur. ¶ Dithyrãbos. Hoc unum ex bacchi nominibus est: qui sic dictus est: q̃m in ortu suo duplici sit usus porta. Nam ante maturum tempus ex materno utero egressum: q̃m illa fulmine icta periit: Iuppiter suo assuere fœmori uoluit: unde cõpleto tpe secundo egressus est. Sed fabulæ allegoriam alias expressimus. A dithyrambo uero. i. baccho dicti sunt dithyrambi uersus: quibus huius dei laudes canebant. ¶ Audaces. Quia uæhementiam & acrimoniam afferunt hi pedes. ¶ Noua uel qa cæteris rithmus uæhemẽtiores sunt: uel qa ꝑter cæteros poetas noua fingit fœlici quadam compositione uerba. ¶ Numerisq;. Numeri rithmi sunt qui non ex pedum lege: sed ex concentu uocis sunt: unũ Vir. Numeros memini si uerba tenerẽ. Ergo in dithyrãbis q̃rebant modulationẽ solũ nõ habita pedũ rõne: q̃m magna licẽtia ẽ in his uersibus uariare metũ. Itaq; extant qui iccirco dithyrãbos dici uelit q̃m liceat poetæ uti alio hostio. nã hoc uocabulo græci ingressũ significant. ¶ Seu. d. scripsit. n. pæana. ¶ Reges: hieronẽ. n. syracusanũ sũmope laudat. Sed alios quoq; ex priscis qa deoꝝ sanguine sũt. ¶ Palma ælea. i. uictoria olympica. ná ludi olympici de qbus in principio diximus iter elin & pisam arcadiæ urbes celebrabantur. ¶ Cælestis: pp honorẽ numinũ qbus ludi exhibebanť. Vel qa in maxino honore habebanť uictores. ¶ Pugile: qui pugnis certat. ¶ Equũ: qui in eq̃stri certamine exercet. Sic supra. Hũc eqs illũ supare pugnis nobile.

Dicit: & centum potiore signis
Munere donat.
Flebili sponsæ iuuenemue raptum
Plorat & uires animumq; moresq;
Aureos reducit in astra nigroq;
Inuidet orco.
Multa dirceum leuat aura cygnum
Tendit antoni quotiens in altos
Nubium tractus: ego apis matinæ
More modoq;
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum circa nemus uuidiq;
Tyburis ripas: operosa paruus
Carmina fingo.
Concines maiore poeta plectro
Cæsarem quandoq; trahet feroces
Per sacrum cliuum merita decorus
Fronde sicambros.
Quo nihil maius meliusue terris
Fata donauere bonique diui
Nec dabunt: quamuis redeant in aurũ
Tempora priscum.
Concines lætosq; dies & urbis
Publicum ludum super impetrato
Fortis augusti reditu forumq;
Litibus orbum.
Tum meæ si quid loquar audiendum
Vocis accedet bona pars & o sol
Pulcher o laudande canam recepto
Cæsare felix.
Tuq; dum procedis io triumphe
Non semel dicemus io triumphe
Ciuitas omnis dabimusq; diuis
Thura benignis.
Te decẽm tauri totidemq; uaccæ
Me tener soluet uitulus relicta
Matre qui largis iuuenescit herbis
In mea uota:
Fronte curuatos imitatus ignes
Tertium lunę referentis ortum
Qua notam dixit niueus uideri
Cętera fuluus.

¶ ANT. Pugilẽq; equũ ue: castorẽ & pollucẽ intelligit: de qbus etiã superius. ¶ Signis. statuas intelligit: ¶ Munere. laudes eorum accipit. ¶ Leuat. eleuat. ¶ Dyrceum cygnũ: thebanum pindarum intelligit a dirce fonte. ¶ Matinæ. de matinis populis supra est. ¶ Operosa car. magnæ operæ magni laboris. ¶ Paruus. humilis igenio. ¶ Per sacrum cliuum: ad arcẽ capitolinam cliuus quidem erat publicus non longe ab eo loco incipiẽs ubi pons erat sublicius q iam san. ma. uocitatur: ut aiunt: quo iter ab ianiculo in fora ducebatur. De quo Ouid. lib. i. fast. inquit. Vtq; leuis custos armillis capta sabinis ad summæ tacitos duxerit arcis iter: inde uelut nunc est: per quẽ descenditis inquit Arduus in ualles per fora cliuus erat. Varro scribit cliuum publicum ab ædibus plæbei publicis qui eum publice ædificarit. Erat & cliuus proximus ad florales usus uersus capitolium uetus q; ibi sacellum louis Iunonis Mineruæ & id antiquus q̃ ædis quæ in capitolio. ¶ Sycambros. augustus germanos ultra albin submouit ex quibus Sueuos & Sycãbros dedentes se traduxit in galliã atq; in proximis rheno agris collocauit auctor ẽ Suet. latius tamẽ. L. florus scribit. ¶ In au. tẽpora priscum. Maro etiam i Bucolico. ait iam redit & uirgo: redeũt saturnia regna. ¶ Forum li. or. iustiziam intelligit. ¶ O sol. o dies. ¶ Teq;. ordo est Et te canã dum procedis io triũphe: tota ciuitas dicemus io triumphe. Qua supple parte. ¶ Notam. f. in frõte Fuluus color est de ruffo atq; uiridi mixtus in aliis tamen plus uiridis: in aliis plus ruffi habet. Sic Maro fuluam aquilam dixit fuluum aurum. Gelius auctor liii.

¶ ACR. Et centum po. si. dicit magis illustrari honore: quem pindarus carmine suo agonistico celebret q̃ si centum statuis honoretur. Flebili sponsæ. etiam in epitaphiis pindarum significat magnum: cum aut iuuenem fortem: aut puellam mortuam fuisse describit: & alicuius adolescentis morte facit sponsam deceptam quẽ inferis subducit: & dat immortalitati laudando. ¶ Plo. describit: ut uiri plorantur plagentibus sponsis. ¶ Moresq; au. aureos mores pro bonis & sanctis posuit: ut Vir. Aurea quæ phibent illo sub rege fuerunt sæcula. ¶ Inuidet. o seu habet inuidiam nigro orcho. ¶ Dircæum. thebanum. Dirce. n. fons est apud thebas: unde Statius. Cærula cum rubuit lernæo sanguine dyrce. ¶ Et quia thebanus pindarus fuit: ideo dircæum cygnum dicit a suauitate uocis siue carminis. ¶ Leuat. a. c. sublimen facit: & multa fama ad cælum fert. ¶ Antoni. apostropha ad Antonium quem alloquitur uolentem pindarum imitari. ¶ Ego. a. m. m. modoq; quia cygno pindarum comparauerat: se api contulit pro paruitate in calabriæ saltu marino pascenti: de quo legitur: iã calidi lucent buceta matini. Fugiens ergo arrogantiam apis se comparat: quæ & circha terram uolat & amœnitate florum depascitur. ¶ Fingo: cõpono: ut corpora fingere lingua. ¶ Cõcines. p. p. Iulius Antonius heroico metro diomedeas in duodecimo libros scripsit ægregios: præterea & prosa aliquanta Concines ergo inquit: hoc est cantabis nobiscum tu antoni. ¶ Maiore plectro. idest meliore opere uictorem cæsarem p sacrum capitolii cliuum captiuos sicambos trahentem pro triumpho. ¶ Trahet feroces quia anteq̃ caperentur centuriones romanos. qui ad stipendia missi erant tentos crucibus defixere. ¶ Bonique. propitii: ut Sis bonus o fœlixq; tuis. ¶ Frõde. laurea corona: qua triumphantes utebantur. ¶ Nec dabunt. nec aureo sæculo similem Cæsari uirum natum fuisse aut nasci potuisse dicit: si in eum statum tempora decurrant. ¶ Lætosque dies: idest publicas ferias. & lætitiã cantabis. ¶ Super de. ut multa super priamo rogitãs sup he. m. ¶ Forũq;. l. or. orbatũ dicit forũ litibus cæsaris ætate. ¶ Tũ meæ si qd sub fuga arrogãtiæ ẽt se laudes cæsari dicturum promittit: ut Vir. O mihi tam longe maneat. p. u. u. Spiritus. & quantum sat erit tua dicere facta. ¶ O sol. solem pro die posuit: quo uictor Cæsar

Ingressus est. Vir: Tris adeo incertos cæca caligine soles erramus. Recepto cæsare fœlix canam: dũ procedis; ¶ Io triũphe. io triũphe ad ipm quasi triumphum loqtur sacra inuocatione: q̃ io dicebat: ut io matres audite. Benignis: reddit ũ. n. prestantibus. ¶ Te decem. t. t. q. ad honorem. n. maiorum numinum pertinet siue potentium psonarum: si magnis uictimis imolet: ut maxima taurus uictima. ¶ Me. t. f. u. absoluet uotorum debito hoc est promisso. ¶ In. m. u. a. mediis promissa. ¶ Curuatos. i. lunæ incipientis similis in cornuum curuatiõe uel breuitate. ¶ Qua. n. d. signatum fronte uitulum diis pro reditu cæsaris promissum in ea parte: qua nota inustus erat: albos pilos significat habuisse cum esset toto corpore naturaliter rubens.

¶ POR. Et centũ potiore signis munere donat: dicit magis illum honore illustrari quem pindarus carmine suo fecit q̃ si centum statuis publice honoretur. ¶ Flebili spõ. aut si inquit flebile carmen: scribit ĩ adolescentem aliquem: cuius morte sponsa decepta fit: quem inferis subducit atq; imortalem facit laudando aium moresq; eius: atq; uirtutẽ. ¶ Multa dyrceũ. dyrceũ pindar dicit. qa thebanus fuit a fonte boetiæ dyrce q ẽ thebis proximus. ¶ Cygnum at eundem appellat a suauitate carminum: qa & cygni canori esse dicuntur. ¶ Leuat. a. i. sublimẽ facit. ¶ Matinæ. matinus mons est calabriæ. Ego apis matinæ more: modoq; ut pindarũ pp sublimitatem & suauitatem carminis cygno comparauit: ita se api per quod signat parua quidem & humilia se scribere: sed subtilia ac dulcia. ¶ Concines. m. p. p. Concedit Antonio Iulio: ut ipse potius triumphos cæsaris scribat: cum sit robustior carminis spiritu. Hoc. n. signat dicẽs maiore plectro. ¶ Per. f. c. i. p sacram uiã. Hac enim triumphantes in capitolium ibant. Quo nihil maius meliusue terris donauere fata. ¶ Cæsarẽ. f. Publicum ludum. i. publicum gaudium super impetrato fortis augusti reditu: apparet cæsarem de reditu suo romam literas misisse: sed gratus sensus sic. n. se habet ut intelligas populum ro. ut fit publicis acclamationibus desiderasse diui reditum augusti. ¶ Tum meæ si qd loquar audiendum: spondet se quoq; carmine aliquo laudes in cæsarem dicturũ. Sed significat breuis uersus in eo q̃ intulerit. Si quid loquar audiẽdũ. ¶ Pulcher. o. l. c. r. c. f. Ordo est: ego fœlix recepto cæsare canam. ¶ Tũq; dum procedis io triumphe: ad ipsum triũphũ conuersus hæc dicit. Non semel dicemus io triumphe. ¶ Ciuitas. o. notata figura est: ut pars in frustra secãt & ὡς φασὶν πλοῦτον. hoc est: ut dicebant plures. ¶ Te decẽ tauri: hoc ad iulium dicit. ¶ Me tenet soluet: soluet debitũ uoti suscepti. ¶ Fronte. curuatos imitatus. ¶ Vitulum quo uotũ soluturus sit dicit cornua habere tertiæ lunæ cõparabilia. i. adhuc parua. Qua notam duxit niueus uideri cætera fuluus: disserta & elegans elocutio insignat autem uitulum hunc albam frontem tantum habere: in cætero corpore fuluum. i. rufum esse.

¶ CHRI. Et donat: & re uera munus qd' exhibet pindarus in describẽdis laudibus magnoq; uiroq; maius est: illis q̃ si donent centũ statuis: statuæ. n. tpe peunt: poetarũ uero monimenta æterna sunt. Iuuenẽ: raptum: siue morte sibi ereptũ: siue alterius mulieris amore: siue qa in militiam profectus sit. ¶ Plorat: qa flebilis spõsæ ploratũ exprimit: & educit in astra. i. ad cælũ laudibus extollit. Vires corporis. ¶ Et animum. i. sapiẽtiam. ¶ Et mores. i. uirtutes morales. ¶ Aureos bonos. ¶ Et suidet orco. i. morti: qa hoies quos laudat a morte uẽdicat: qa immortales suo carmine reddit. ¶ Dirceũ: thebanũ Fabula narrat Linco thebano regi Antiopẽ nupsisse. Verum cũ illa ex ioue zetũ & amphionẽ pepisset abdicauit eã lyncus: & Dyrcẽ eius loco duxit. Hæc antiopẽ in citheronem montem religari iussit: ut a feris laniaret. At zetus & amphiõ illam a uinculis liberarũt: & dyrcen in domitis tauris alligatam & per agrum thebanũ tractã laniarũt: quæ tandẽ ĩ fontem sui nominis cõuersa est: ipsi aũt lynceo interfecto regnum sibi & matri uendicarunt. Fons iste thebis uicinus ẽ. a quo thebani: dyrcei dicũtur. Tanta aũt fuit pindari ẽt post mortẽ auctoritas: ut cũ Alexãder expugnatas thebas diripi iussisset: diligenter cũ cauit: ut posteri pindari incolumes seruarent. ¶ Cygnum. cõparat cygno. qa boni poetæ ut iã dictũ est: cygnis cõparant. ¶ Multa aura leuat. stetit in traslatione. ¶ Nam cygni aura & uento leuati in altũ uolãt: sic & pyndarus sua eloquentia ad alta tollitur. Et per contentionẽ illum laudat & se deprimit. Ait. n. illum ut canorum cygnum in alta uolare. Se aũt ueluti apis sit humilem circa thima uersari. ¶ Carpentis thima. lonnuit & si depresse scribat: cũ suauẽ illi esse stilũ ex comparatione insecti mellificantis. ¶ Operosa. i. labore composita. ¶ Paruus. ad stilũ refert. ¶ Concinet. Nũc iuliũ laudat: quẽ Acrõ diomedeas heroico uersu. xii. libris scripsisse refert. ¶ Maiore plectro. grandiori stilo. ¶ Si cam. populi in hispania sunt: qui romanos centuriones ad stipendia exigenda missos cruci affixerũt. ¶ Hos deinde Augustus debellauit. ¶ Quãdoq;. q. uacat. ¶ Per sa. cli. Nam a porta triũphali p uiã sacrã ad capitoliũ triũphantes pueniebant: & supato cliuo capitolii in tẽplo Iouis optimi maximi maiores hostias sacrificabant: sacrũ ergo pp tẽplũ. Nã de cliuo in supioribus diximus. ¶ Merita frõ. merita laurea. ¶ Quo. cæsare. ¶ In aurũ priscũ. in aurea sæcula: q̃ priscis fuerunt tpibus. ¶ Cõcies. Repetitio ẽ Canes ẽt dies festos & ludos publicos: quos po. ro. p reditu cæsaris uouerat. ¶ Sup rei. de reditu. i. p reditu. Litibus orbũ pp ferias. Nã aliqñ pp aliquẽ tumultũ cessabat ptor a iure dicẽdo: & illa uacatio iustitiũ dicebat. Aliqñ pp magnã aliq̃ fœlicitatẽ: & illæ feriæ dicebant: q̃ erant impatiue. Nã feriæ aliæ dicebant statiuæ q̃ erãt oibus cões: & certis mẽsibus ac diebus celebrabãt: & ĩ fastis adnotatæ erãt: ut agonalia: carmẽtalia: & lupcalia. Alia erãt cõceptiuæ: q̃ & ipse quot ãnis a sacerdotibus: uel a magistratibus cõcipiebãt: sed nõ semp in certos dies: ut supiores: ut sũt latinæ. semẽtinæ. paganalia. & cõpitalia. Aliæ sũt impatiuæ: Veq; iste nec certis diebus: nec semp singulis ãnis impabant. Sed ipabãt illas cõsules: aut ptores quotiẽs. aut uictoria: aut aliqd lætũ ueniebat: ut hæ de qbus nũc poeta mẽnit. Aliæ dẽiq; sũt nũdinæ paganoq; & rusticoq; qbus cõueẽiũt negociis ppriis uel mercibus puisuri. ¶ Tũ. m. De se modestissime loqt. Ergo tu hæc grãdilo quo stilo canes: & tũc bõa. i. magna ps meæ uocis. i. mei stili & meoq; carminũ. ¶ Accedet. i. addet tuo poemati si ego loqr aliqd audiẽdũ. i. tale ut dignũ sit q̃ audiat: & canã o sol pulcher & laudãde. Fœlix: ppitie & dator felicitatis. Nã aliqñ passiue põit fœlix. i. i quo sit felicitas. Vir. Fœlix q potuit req; cognoscer cãs. ¶ Aliqñ fœlix nõ ĩ quo sit: sed q aliis iferat fœlicitatẽ: ut i hoc loco. Itẽ apd Maro. Sis fœlix nrmq; leues q̃cũq; laboro.

Ergo fœlix es recepto cæsare. q. d. alia rõne nobis fœlix esse non potes. ¶ Recepto: A periculis erepto. ¶ Io. uox lætantis: quam in triumpho proferebant. Alii legunt & fortasse non absurde. Ego fœlix recepto cæsare canam te o sol. i. o dies pulcher & laudande. ¶ Te decem tauri. Nam secundum censum debent esse sacrificia: ut plura ditior: pauciora paupior afferat. Ergo decem tauri soluẽt te a uoto quo obligatus es ex reditu cæsaris. Erat ãt maxia uictima taurus. Hic Vir. Et maxia taurus Victima. ¶ Me uero. soluet uitulus largis herbis: ut ostendat diligenter a se nutriri ut hostia pinguior sit. ¶ Fronte cu. Ostẽdit in eo talia esse cornua: qualia uidemus in luna in tertio die a suo nouilunio. ¶ Qua. n. d. Vitulum: fuluum designat: sed cui ex albo in fronte nota sit. De nota diximus alio loto. Cæterum & macula eandem uidetur habere notionem: quæ q̃uis ut plurimum turpitudinem inferat: tamen aliquando pulchra dici potest Virgili. Maculosæ tegmine lyncis.

Argumentum. ODES. III.

¶ ANT. Probat quẽcũq; nascentem Melpomene placido lumine uiderit nulli rei uacaturq; præterq̃ poeticæ: ĩdeq; nobilẽ fieri: uti & sibi accidit. Qui qdẽ ab romanis inter uatum choros ponebat. Cũq; digito etiã monstraretur utueret & placeret melpomenes munus & beneficium esse asserit. ¶ Quẽ tu. odeẽ similis tertiæ. de melpomene aũt legito ode. xxiiii. lib. i. ¶ Labor ist. isthmos dicitur terra angusta inter duo maria: ut inter ægeum & ionium ubi sita est corinthus: ibi autẽ: isthmia celebrabantur. Ludi quidẽ in honorẽ neptuni: utq; lib. viii. scri. Stra. isthmo emporium ĩminebat locus negociatoribus frequentatus: qui existãt duoq; portuum dñs: quorũ alter asiæ: alter autẽ propinquus est italiæ: illuc in isthmicorũ celebratione ludorũ multitudo conuenarũ cõcurrebat in isthmo neptuni quẽ isthmiũ uocabãt templum ĩminebat: piceaq; arborum luco circũclusum: ubi ludos isthmios decertatos corinthii celebrare soliti sunt. ¶ Clarabit: clarũ facier. ¶ Pugilem: pugiles athletæ dñr: quia pugnis ualeãt. ¶ Curru ach. currule certamen intelligit in pisea regione apud elidem de quo latius ode. i. ¶ Deliis. f. delphica lauro: qua triumphantes coronabant de q̃ latius supra. ¶ Aquæ: apud quas solent poetæ componere. ¶ Aeolio carmine. i. lesbio & alcaico: ut supra diximus. ¶ Ro. so. i. romana stirps & populus ipse. Minus hoc erat populi fauore: & quia gloria inuidiã suparat. ¶ Opi. i. o musa melpomene. pierides enim dicte sunt musæ a pierio monte: ut latius supra ẽ. ¶ Do. f. hoc ait q̃ melpomene a melodia: dicit qua audientes demulceãtur μελπω autem & μελπομαι canto significat.

Isthmia

isthmos

neptunus

Isthmio

Melpomene

¶ ACR. Quẽ tu mel. hac ode affirmat: q musaq; gratiã ĩ ortu suo meruerit: & nulli alii rei for aptiorẽ studio poetico: & subiũgit laudes deorũ clarabit: notum oibus fecerit. Pugiles uero athletæ dñr: eo q̃ pugnis ualeant. ¶ Nõ. e. i. i. q nec eq̃stri carmine enitescat. ¶ Achaico: greco: uñ aurigæ famosi. ¶ Neq;. r. b. nõ futuræ militẽ: sed poetã lauro appollinis coronãdũ. ¶ Quod re. tu. cõ. mi. q̃ uinctos reges in triũphi põpa ad capitoliũ ducat: nã & uictores duces lauro coronabant. ¶ Sed q̃ ty. a. f. p. ac si diceret non his omnibus fortibus factis clarueritẽ: sed descriptiõibus locoq; uel fluminũ per poeticam nobilitatẽ. ¶ Fingent. cõponẽt: ut os rabidũ fera corda domans fingitq; ꝑmendo. ¶ Aeolico: alcaico. ¶ Romæ principis urbium dignatur soboles. Augustũ uel priuignos eius significat: siue posteritatem Romanã: a qua se inter poetas numerandũ ꝓmittit. ¶ Et iã. d. in uirtute se & laudet ait' maleloquia & inuidiã supasse. Salustius. Gloria inuidiã uicisti. ¶ O testudinis: lyræ pulchræ & dulcisonæ. ¶ Dulcẽ. f. musici fontis. ¶ Tempas: aptas: cõponis. ¶ O mutis quoq; pi. d. l. f. aut o musa q̃ potẽtia tua & muta aialia oblectãt facis: aut pp arionẽ quẽ cythara in mari canẽtẽ delphines secuti dñr. Vir. Orpheus in siluis inter delphinas arion. ¶ Sonũ: dulcedinẽ cantus: Muneris beneficii. ¶ Quod. m. hoc ẽ q̃ in cũctis innotui. ¶ Romanæ fidicen lyræ: lyricus latinæ linguæ: fidicẽ a fidibus. i. chordis: ut threicia fretus cythara fidibusq; canoris. ¶ Si placeo: ac si diceret si tamen placeo.

¶ POR. Quẽ tu mel. se. na. pla. l. u. Hac ode signat & affirmat studio poetico deditũ nulli posse alii rei uacare. Deide deoq; subiungit laudes. ¶ Curru. d. a. i. q̃ drigali certamĩe. ¶ Deliis fo. i. laurea corõa. ¶ Sed q̃ ty. aq̃ f. ꝑfluũt ꝓprie ad fecessũ suũ referẽs: dicit Ho. Tiburi. n. fere ociũ suũ cõferebat: ibiq; carmia cõscribebat. Aeolio ã carmie: ita dictũ accipe: ut si diceret lyrico carmie: qa qdã lyrici: ut alcæq; Aeolide magis dialectico usi sũt. ¶ Rõæ. p. ur. d. sobo. iter ama. uatũ põere me choros. Soboles pricipis urbiũ. Nerones uult ĩtelligi: quos Augustus priuignos. Alioqn ut suos loco filioq; diligebat. ¶ Et iã den. mi. mor. i. hoc uult intelligi de se: quod ait Salust. Gloria suidiam uicisti. ¶ O te. au. d. q̃. f. p. t. ordo ẽ. O pieri q̃ dulcẽ strepitũ testudinis tẽperas. ¶ Romãæ fi. ly. i. lyricus poeta. ¶ Si placeo. ἐπιείκεσ. Si placeo tulit: & subaudiẽdũ extrĩsecus tũ ut sit si tũ placeo.

¶ Ode. iii. dicolos 'distro. ad melpomenẽ.

Vem tu melpomene semel
Nascentẽ placido lumine uideris:
Illum non labor isthmius
Clarabit pugilem: non equus impiger
Curru ducet achaico
Victorem: neq; res bellica deliis
Ornatum foliis ducem:
Quod regum tumidas cõtuderit minas
Ostendit capitolio.
Sed quæ tybur aquæ fertile præfluunt
Et spissæ nemorum comæ
Fingent æolio carmine nobilem.
Romæ principis urbium
Dignatur soboles inter amabiles
Vatum ponere me choros.
Etiam dente minus mordeor inuido?
O testudinis aureæ
Dulcẽ quæ strepitum pyeri temperas:
O mutis quoq; piscibus
Donatura cygni si libeat sonum:
Totum muneris hoc tui est
Quod monstror digito prætereuntium
Romanæ fidicen lyræ.
Quod spiro: & placeo: si placeo tuũ est.

¶CHRI. Quē.t.m.q̃uis solo hõ ex cũctis.aiantibus sui juris pp aī diuinitatē & libeq̃ sibi a req̃ oium cõditore cõcessũ arbitriũ:tũ nõ paq̃ in multis rebus sterest quo sydere nati sumus:nã & si nulla ui stellaq̃ aut i uirtutē aut i uitiũ iuiti trahi possum, nisi uī accedat assēsus:tũ i his q̃ corpis & fortũæ sť;nõ isulse dixit Iuu.Di stat.n.q̃ sydera te excipiãt mõ primos incipientē ædere uagitus:& adhuc a mē rubentem.Quinetiã & acumē & hebetudinē igenii nõ minima ex pte dant stellæ.Ergo si quē a genesi sua melpomene.i. cõfiguratio illa stellaq̃ uñ hæc studia dantē benigne.aspexerit hic ,pfecto reliqs studiis cõtēptis totũ se musis tradet.Quo in loco se in musas gratũ ostēdit poeta:cũ qcqd in se boni hēat id ab illis eē fateat.¶ Labor isthmius.labor susceptus i ludis isthmiis:ponit aūt spēm ,p genere.¶ Clarabit:clarũ redde uerbũ ē minime tritũ.¶ Pugilē:nam q̃uis hæc i sũma fama sint:tũ neq; pugillaria neq; eq̃stris cõcertatio illũ delectabit.¶ Achaico.i.græco:secũdũ Acronem qm̃ ide optimi ad huiuscemodi certamē eq eēnt:uel non discessit ab eo genere ludorũ qd̃ posuerat nã isthmos in achaia est.¶ Neq; res bellica.i.disciplina militaris:nã rem ,p disciplina poni iã dictũ ē. Vnde ēt de re militari:de re agraria dī. Erit ãt ordo uerboq̃ talis illũ quē tuo melpomene nascētē uideris placido lumie nõ labor isthmius clarabit pugilē:& nõ ipiger equus ducet uictorē i curru achaico:neq; res bellica ostēdet capitolio ducē ornatũ foliis deliis.i.phœbeis.i.nõ ducet triũphātē i capitoliũ:qa cõtuderit tumidas minas regũ.i. cõpsserit minãtes:& supbos reges.¶ Sed aq.i.flumia & nemora.¶ Figēt illũ.i.cõponēt & faciēt.¶ Nobilē.i.illustrē & nobilitatissimũ.Carmie æolico.i.lyrico:ea rõe q̃ dictũ est.Posuit ãt flumia q̃ pfluũt tybur: qm̃ ipe eare gione delectabatur.Vnde supra tybur argeo cõditũ colono Sint meæ sedes utinã senectæ.¶ Romæ: ostēdit ab effectu q̃tũ sibi ,pfuerit benignus aspectus melpomenes.Nã & si uatē se dicere non audeat:tã affirmat q̃ præclara soboles romæ pricipis urbiũ enũerat eũ iter poetas. Sobolē ãt hãc itelligit priuignos augusti & pstrum Germanicũ:quē cõstat nõ ignobilē fuisse poetã:ut sit snla Hectoris neuiani.i.q̃ gaudeat laudari a laudato uiro.Nã magnũ ē q̃ a poeta laudeť.Fuerũt ãt augusti priuigni Drusus nero:q in germania extinctus est:& germanicus est uocatus q domi claudii pris natus ē.Alter tyberius nero quē natũ domi suæ Augustus sibi adoptauit:& illi i ipio successit.¶ Soboles:qcq d a pre ,ppagať a serēdo dicta.¶ Minus:qa iã icipio iuidiã supare.¶ O pyeri.o musa.Est.n.hæc pyeris & i ucõ remota.i.ex græca cõsuetudine fit pyeri.¶ Quæ tempe.dul.stre.i. dulcē sonũ.¶ Aureæ te.pulchræ & excellētis testudinis.¶ Tempas stre.nõ sine rõne dixit.Nã sonitus testudinis nisi in certũ numerũ tēperaretť strepitus.i.cõfusa uox eēt:& nõ harmonia.¶ Tempas stre.i.tempando et strepitu uocē facis.¶ O dõa uo.cygni.pi.quo.i.cuiq̃ tãta sit uis:ut ēt piscibq̃: q muti sũt possis nõ mõ uocēdare:sed ēt optimã uocē qualē in cignis audimus.Pisces exceptis paucis nõ respirãt:qa non hãt pulmonem:neq fuit opus pulmõe sanguine carētibus:qa respiratio data ē aiali:ut illa refrigideť nimius calor sanguinis i cordē.At in piscibus sanguis non est.Qui aūt nõ respirant:nõ pñt hre uocē. Ergo pisces mutum pecus dicuntur. Delphini tũ & balenæ:& qdã magni pisces respirãt qa pulmonē hñt:ait Alb.magnus:& aristo.in.li.de animalibus.¶ Totũ.m.totũ hoc qd̃ monstror a ,prereũtibus digito fidicē romanæ lyræ.i.poeta lyricus i romana lingua & q̃ spiro.i.uiuo:& q̃ placeo:si placio.i.si uē ē q̃ placiã.Est tui mũeris.i.ē munus mihi a te datũ.¶ Qd̃.i. uiuo:s; ñ dixit uiuo nisi q̃sũ i aliq̃ fama:nã q̃ sine fama degũt illoq̃ uita morsq̃:ut ait Sal.iuxta ē:qm̃ de utraq filetur.¶ Si.p.cõditionalē adhibuit:ne arrogãter de se dicere uideretur.

Argumentum. ODES. IIII.

¶ANT. Hac ode & aqlæ & leoni cõparat Drusũ tyberii fratrē ob eius i hostes strenuitatē: dõuerat nãq; rhætos:& uindelicos Eiusdem quoq; maiorum gesta in eius etiã laudem cõmemorat.¶ Qualem mi.Ode est similis nõnæ li.i.est aūt ordo. Qualem alitem ministrũ ful.Cui iuppiter rex deorum permisit regnum in uagas aues. Expertus fidelem i flauo ganimede. Olim iuuentas & patrius uigor propulit nido laboq̃ inscium &c.¶ Ministrũ.f.negant solã aqlã unq̃ fulmine exaiatam.ideo armigerã iouis consuetudo indicauit:ut Plin.scr.li.x.¶ In ga.de hoc superius.¶ Qualēue læ.ordo ē.qualēue leonem iã lacte depulsum ab ubere fuluæ matris.¶ Caprea intenta lætis pa.ni.periturano uo dente.¶ Nouo.d.adhuc.n.nunq̃ cædem commiserant leõis puidentes.¶ Videre rhæ.ordo est.Rhæti & uindelici.nã & intelligendũ est &c.¶ Drusum:fuit is Tyberii nerõis:& liuiæ drusillæ filius:fraterq; Tyberii Cæsaris:& augusti priuignus: q rhætos & uidelicos:alpiũ populos domuit:de qb9 ēt Suet.ait q̃ augustus domuit ptim ductu:ptim auspiciis suis cãtabriã.Aquitaniã &c.itē rhetiã &uidelicos ac salassos gētes alpias coercuit Str. li.iiii.scribit:q̃ supra comũ ad alpiũ radices Rhæti iacēt:atq; ad italiã ptinent. Et uinũ rhæticũ inter italica cõmendata non sane inferius in montanis illorũ radicibus nascitur. Vniuersa autem montana pars in orientem: & in austrum uergens a rhætis Vindelicisq; tenetur hoq̃ uero feritatē etiã.L.florus scribit.De drusoq; etiam plurima.¶ Quid debeas:o roma neronibus: patricia gens Claudia orta est ex regillis oppido sabinorum:inde romam recens conditã cum magna clientũ manu cõmigrauit.auctore Tito tacio: uel quod magis constat Tacio Claudio gentis

Ode.iiii.tri.tetra.de drusi laudibus.

Valē ministrq̃ fulminis alitē
Cui rex deoq̃ regnũ in aues
Permisit expt9 fidelē(uagas
Iuppiter in ganimede flauo:
Olim iuuentas & patrius uigor
Nido laborum propulit inscium
Verniq̃ iam nimbis remotis
Insolitos docuere nixus
Venti pauentem:mox in ouilia
Demisit hostem uiuidus impetus
Nunc in reluctantes dracones
Egit amor dapis atq; pugnæ.
Qualemue lætis caprea pascuis
Intenta:fuluæ matris ab ubere
Iam lacte depulsum leonem
Dente nouo peritura uidet:
Videre rhæti bella sub alpibus
Drusum gerētem uindelici: q̃bus
Mos unde deductus per omne
Tempus amazonia securi

Dextras obarmet quærere distuli:
Nec scire fas est omnia.sed diu
Lateq; uictrices cateruæ
Consulis iuuenis reuictæ
Sensere qd mens rite quid indoles
Nutrita faustis sub penetralibus
Posset:quid augusti paternus
In pueros animus neronis.
Fortes creantur fortibus & bonis.
Est in iuuencis est in equis patrũ
Virtus:nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam
Doctrina: sed uim promouet insitam:
Rectiq; cultus pectora roborant.
Vt cunq; deficere mores
Dedecorant bene nata culpæ.
Quid debeas o roma neronibus:
Testis metauq̃ flumē & hasdrubal
Deuictus:& pulcher fugatis
Ille dies latio tenebris.

pricipe.Post reges exactos sexto fere anno a patribus in pricios coaptata.Deinceps procedente tpe duo de triginta consulatus: dictaturas quinq; censuras.vii. Triũphos.vii. duas ouationes adepta est: inter cognomina autē & neronis assumpsit:quod significat ligua sabina fortis ac strenuus.¶ Multa. multorũ claudiorũ egregia merita:multa ēt secus admissa in repu.extãt Appius cæcq; societatē cũ rege pyrrho:ut paq̃ salubrē iniri dissuasit:Claudiq; caudex primus freto classe trãsiecto pœnos sicilia expulit.Tyberius Nero adueniētē ex hispania cũ ingētibus copiis Hasdrubalē priusq̃ Hannibali fratri coniungeret:oppsisit. Ex hac stirpe tyberius cæsar genus traxit: & qdē utrũq; : paternũ a tyberio Nerone:mrnum ab appio pulchro:qui ambo Appii cæci filii fuerant.Hæc ex Sue.¶ Metaurũ flumē. Metaurus fluuius est inter phanũ fortunæ & Senegalliã: ppius tñ phano ad duo millia passuũ:lõge uero a senegallia.xiii. millibus pas. Est aūt in umbria:ut scri.Pli.lib.iii.ingrediturq; mare adriaticũ. Apud metauq̃ deniq;.M.Liuius: & Claudius nero consules Hasdrubalē Hãnibalis frem:ut illi se coniungeret ex hispania uenientē occiderunt cæsis ēt.lvi.milibus hostiũ.¶ Captis. v.milibus & q̃drigentis cũ magna præda: tũ ois generis: tum auri argētiq;.Ciuiũ ēt romanoq̃ q capti apud hostes erãt supra .iiii.milia capitũ recepta.Sed octo ferme milia romanoq̃ socio rũq; occisa.Plura ēt Liui.vii.de bel.pũico secũdo.¶ Tenebris; i.hostibus qui hosum aīs tenebras ob terrorem incutiebant.

¶ACR. Qualē.m.hæc ode scripta est pp q̃ & quartũ librũ contra dispositionē fecit in laudē Drusi neronis priuigni augusti Cæsaris filii Neronis:quē ob insigne uirtutis aquilæ comparauit.¶ Alitē: aquilã quã & reginam auiũ uolunt: ut Sublimē pedibus rapuit iouis armiger uncis:iõ tutelæ iouis dī deputata:qa ,psperũ auspiciũ eius aduersum titanas pugnaturus accepit:i ganimede flauo rubeo.¶ Nido.l.i metaphora aqlæ ,pdurauit:dicendo nidũ laboq̃ ,p familia nobiliũ & uirtutũ domo.¶ Verniq̃:ut ruit imbrifeq̃ uer.¶ Insolitos.d.n.icõluetũ nisum ad primos uolatus aqlæ adhuc aerē & uētos timētis.¶ Vēti.p.solitã uiribus & uolatu cõtinuo ad p̃dã ,pdire ut fulua draconē fert auis.¶ Egit amor.d.a.p.in agno ibelli dapis in dracõe pugne.¶ Qualemue læ.c.p. Qualem inqt leonem primæ iuuentæ capra timēs talem drusum hostes uidere.¶ Dēte no.adhuc inconsueto ad p̃dã.¶ Videre.rhæti.b.s.a.hypbatõ lõgũ supiori sensu respõdit:qualē aqlã uel leonē in bellis ,pda talē drusum uidere rhæti uindelici barbaroq̃ gētes.Nec scire.f.o.e.i.licet aliqua ignorare.¶ Sed diu late:hoc solum inquit mihi dicere satis est:q̃ rhæti diu potentes:& uictores a druso adhuc puero supati sunt.¶ Sensere: ,pbauere uirtutē & institutionē romanã:indoles:ætas:ĩdiciũ futuræ ,pbitatis.¶ Faustis:fœlicibus custodia uirtutũ.¶ Paternus:ut pr æneas.¶ In pueros ani.duo fuerũt Nerones priuigni augusti:quorum ũnũ in domo tiberii claudii neronis mariti liuia peperit.Alterũ in utero ad augustũ attulit.Hoq̃ altero in germania morbo absumpto alter adoptatus: ab augusto successor pricipatus eius fuit:& uocatus est Tyberius cæsar.¶ Fortes creant.f.filios a parentũ nomine degenerare uirtute.¶ Est in iuuēcis:est in eqs patrũ uirtus ut cõtinuo peccoris generosi pullus in aruis altius igredi.¶ Promouet.i melius auget.¶ Insitã:naturalē.¶ Rectiq; cu. bõa istitutiõe reddi bonũ naturale ,pfectũ:q̃ si desit bõ nata deprauari pectora:in laudē augusti dictum i cuius domo Nerones educati disciplinã accepere uirtutũ.¶ Roborãt:cõfirmãt.¶ Indecorãt:ĩdecora faciũt.¶ Vtcũq;:ubicũq;.¶ Testis me.fl.Metaurus fluuius ē de piceni ,pulcia oriēs i flaminiã decurrēs q̃ regio gallia dicebať iuxta hũc fluuiũ Claudius uero cõsul cũ salinatore collega suo:ita Hasdrubalē hãnibalis fratrē i italiã auxilio fratri magnũ exercitũ deducentē deuicit & iterfecit:ut nec ,pfectũ ex castris cõsulē hãnibal dum castra munisset:nec reuersum ante recognoscere:q̃ fratris caput in castra proiectum: & de exercitu eius pœnos captiuos uidisset: quo bello superati.xlv: milia Hasdrubalis exercitus cæsa feruntur.¶ Tenebris:tenebras pro aphrorum terrore dixit.

¶POR. Qualē.m.f.a.Hæc ē ægloga pp q̃ ut supra ostēdimus totus hic liber cõpositus ē. Scripta est ergo in Neronē drusum priuignũ:& successorē augusti:q̃ rhætos uindelicos bello uicit.De ipio ãt pricipis huius duplicē facit cõparationē:nã drusum ait tãto uigore atq; ipetu hostes uidelicos iuasisse quãta ui solet aqla i rapinã irruere primũ auiũ mox corroborato uigore ēt draconũ ipsos ãt hostes ita cõterritos eē belligerãtis drusi uirtute ut caprea uisu leõis i se irruētis.¶ Quib9 mos:uñ deductus p oē tps amazõia securi dextras obarmet q̃rere distuli:Hi uidelici ab amazõibus electi e suis sedibus & ex thracia i exiliũ se cõtulisse alio:inq; iugis isedisse dñr:& qd̃ potissimũ in se tæla secureq; amazonũ exptos fuisse:ipsos usum eaq̃ in bello accepisse.¶ Nec sci.f.est.Sensus est. fas est nõ oia scire.i.licet aliquid ignorare.Consiliis iuuenis repræsse. eo pertinet qd̃ uictrices late dixerat. Quid idoles nutrita faustis sub penetralibus.qa nõ põt Drusum laudare nũc: ut filiũ augusti ab eo educatũ institutũq; dicit.Quid augusti paternus in pueros animus neronis.Duo fuerant nerones priuigni augusti.Quoq̃ alteq̃ i domũ Tiberii claudii mariti prioris Liuia pepit:alteq̃ utero ad augustum attulit. hoq̃ alter in Germania morbo extinctus:alter adoptatus ab Augusto successor pricipatus eius fuit:uocatusq; est Tiberius Cæsar.¶ Nec imbellem feroces progenerãt aquilæ columbam prouerbialis sentētia.¶ Doctrina:

sed uim promouet insitam atq; isitam innatã atq; ingeneratã:significat ergo uirtutem a parentibus ingenerari, istrui uero doctrinæ disciplina. ¶ Rectiq; cultus pectora roborãt. Recti genitiui casus nũeri singularis: huius recti cultus numeri pluralis:casus nominatiui:hi cultus. Sensus est autem. colẽdo in rectum pectora corroborant & rectũ absolute accipe, p æquo ac iusto. ¶ Vt cũq; defecere mores:mores dedecorãt bene nata culpæ. Vt cũq; q̃docũq;:sicut apud hunc poetã sæpe diximus. Indecorẽt ãt idecora faciũt:ac p hoc dedecorãt signat. Bene nata culpæ.absolute dicit. Sẽsus ergo ẽ, honesta natali ũ generositas culpa dedecoratur:nisi digna hæc disciplina, psequat. totũ aũt pp augustũ:dicit in cuius domo nerões uident disciplinã uirtutis accepisse. ¶ Quid debeas o roma neronibus. Testis metaurꝰ flumẽ & hasdrubal. metaurus annis Galliæ ẽ iuxta quẽ nero cõsul cum salinatore collega suo hasdrubalẽ hãnibali fratri suo magnũ exercitũ adducẽtẽ deuicit cæsis supra qnq; &.xl. milibus. ¶ Testis.m.f.metaurus dr nõ metaurꝰ:sed flumẽ noie hoc figurauit:ut alibi: aut flumen rhenum aut pluuius describitur arcus:& Salustius:nomenq; danubium habet ut ad germanorũ terras astringit.

¶ CHRI. Qualẽ ministrũ. Drusum laudat priuignũ Augusti cuius gra cõtra istitutũ suũ quartũ hũc libꝝ scribẽdũ:suscepit. Drusus i alpibus rhætos uindelicos populos asprimos supauit. Cõparat ergo illũ aqlæ & leoni:quoꝝ altera iter aues alter inter quadrupedes regnũ obtinet. Est aũt ordo. Rheti uindelici uidere Drusũ sub alpibꝰ gerẽtẽ bella talẽ q̃lẽ iuuẽtas & prius uigor oli, ppulit nido alitẽ ministrũ fulminis: cui iuppiter rex deoꝝ exptus illũ fidelẽ i suo ganimede, pmisit regnũ i aues uagãs & ,ppulit a nido illũ isciũ laboꝝ & uenti uerni docuere illũ pauẽtẽ isolitos nixus iã remotis nibis. Quid ãt sibi uelit q; aqla subministret ioui fulmina: & q; i illã uersus iuppiter ganimedẽ rapuerit:iã dictũ ẽ. ¶ Promisit regnũ. Rex auiũ appellat hic ales: qm cæteris oibus sit generosior & altius oibus uolet. Vn dicta ẽ aqla:q̃uis alii dicãt noiari ab aquilo colore. Fabula tamẽ est qd illã auiũ reginã iccirco iuppiter fecerit:qa in bello gigãteo sibi fulmina subministrauerit. ¶ Vagas.qa icertis sedibꝰ uagant. ¶ Iuuẽtas.nã pullus ẽ:& nõdũ e nido euolauit. ¶ Prius uigor:nã nõ degenerat apparẽte insciũ laboꝝ qa nõdũ uolauerat:ut addit insolitos nixus.q.d.q; sit opus maiori nixu: qa isolẽs uolãdi sit. ¶ In oui.ut agnos rapiat. In quo notat generositas:qa in primis uolatibus adhuc iscia regẽ sola generositate talẽ pdã petat. Pli.sex aqlaꝝ gña ponit. Sed prio & scdo generi ẽt cerui rapina sũt:eodẽ Pli.auctore. Cũ serpẽtibꝰ pugna ẽ Serpẽs.n.oua illiꝰ petit.illa serpẽtẽ rapit. ¶ In reluctãtes:qa ut dixi pugna cũ illis ẽ. Fuit ãt ,ppria & accõmodatissima cõpatio adolescentis pria i militia excellẽtissimi ad aqlini pulli primos ex naturali generositate uolatus atq; raptus. ¶ Dapis ut sit sibi esca. Pugnæ ut ulciscat illũ q in oua aqlina iperũ facere solitus sit. ¶ Qualẽue. Alia cõpatio:& i oibus supiori simillima. Ergo talẽ uiderũt rhæti drusum q̃lẽ leonẽ uidẽtẽ ilẽtis pascuis caprea itẽta pp timorẽ ab ubere fuluæ mris leonẽ iã depulsũ lacte.i.q ad florẽtẽ ualidãq; ætatẽ ex miori iã puẽit. Videt ergo hũc caprea pitura nouo dẽte.i.dẽte leõini catuli nõdũ i alia pda exercito. ¶ Rhæti uidelici. Proposuerat igẽtẽ drusi fortitudinẽ. Nũc seqt ,ppõnis rõ q̃ ,pbat hoꝝ fortitudinẽ ab expugnatis populis:q & naturali bellicossimi eẽnt & optimo armoꝝ genere munitissimi:& situ loci inexpugnabiles. Nã inalpibus sũt:& uniuersam mõtanã regionẽ i oriẽtẽ austrũq; spectãtẽ occupãt & i italiã supra ueronã & comũ extẽdunt. Hoꝝ latrocinia crudelissima i italos erãt. nã si uicũ oppidũue cœpissent:nõ mõ puberes mares: uerũ ẽt ifantes trucidabãt. Quin & oẽs mulieres pgnãtes q̃s eoꝝ uates marẽ cõcepisse diuinarent. Hos penitus subiugauit amplissima uictoria Drusus germãicus. Sed uictor iter salã rhenũq; fluuios extictus ẽ:ut ait Strabo: Qui multa pterea de rhætis tũ fortia tũ crudelia narrat. Seruius hos liburnos eẽ dicit Pli. uero rhoetoꝝ & euganeꝝ Veronã fuisse scribit. ¶ Amazonia se,i.tali securi:q̃li amazones utebant: Dicit autẽ poeta distulisse q; rere:unde illis mos.i.consuetudo deductus p oẽ tps subarmet dexteras amazonia securi. Quia nefas sit scire oia. Sed satis sibi eẽ scire q; ipsi hactenus uictores cõsilio drusi supati sunt. ¶ Diu:ad lõgitudinẽ tpis. ¶ Late.ad amplitudinẽ regiõis referas. Magna ergo laus eius uictoriæ:q̃ infinita hoium multitudo q̃ sp uictrix fuisset: succubuerit. ¶ Sensere. Laudat & augustũ:cuius disciplina & fœlicitate iformatus adolescẽs huiuscemodi facinora edere potuerit. ¶ Fortes creant fortibus. Laudat domũ claudioꝝ equa isti orti sunt. ¶ Est i iuuen.ẽ in eqs.p.u. Nõ inutilis inqsitio est:quare magis i brutis q̃ i hoie paterna uirtus relucescat:sed in aliud tps differenda uẽ. poeta aũt nõ in eo qd semp fit:sed qd nõnunq; fieri solet:sniam q̃ sibi subseruiat ad psens excitat. lõ aũt brutoꝝ ,ptulit exẽpla:qa i illis hoc sæpius deprehẽdit. Laudat igit familiã a sua sobole laudat quoq; sobolẽ a suis ,pgenitoribus. ¶ Doctrina.f.u.snia est. Valere qdẽ multũ in hoie uim a natura insitam. Sed tũ opus eẽ dicit:ut igeniũ illud naturale bonaꝝ artiũ disciplina excolat. nõ.n. uirtutes i nobis a natura sunt:sed ut ait Cicextãt igniculi seminaq; uirtutũ:q̃ & si efficacia sint:tũ nisi doctrina optimisq; moribus excitent augeanturq; facile extinguunt. Quẽadmodũ & terræ q̃uis fertiles sint:tũ nisi cultura adhibeat facile sterilescunt. ¶ Promouet:educit ad pfectionẽ. ¶ Cultus recti:recte disciplinæ:qbus animi excolunt. ¶ Pectora:muniũt mẽtẽ & robustã faciunt. ¶ Vtcũq;:snia est:q; si boni mores qbus semina uirtutũ ad habitũ pfectũ ,pducunt deficiant: culpæ.i.uitia dedecorãt & deturpant bene nata.i.illã ,pbã uim nobis isitã:quã seminat appollo: qm deprauati mores illã obruũt. Nõ.n. sunt a natura uirtutes:sed p bonos mores ex freqntatis actibus fiunt habitus:qui uirtutes sunt. Metaurũ flumẽ est umbriæ descẽdẽs i adriaticũ mare haud lõge a fanestri colonia senogalliã uersus. ¶ Hasdrubal de. Post cõflictũ cãnẽsem:& si uniuersæ italiæ maximo terrori erat hãnibal:tũ accersitus est i Italiã eius frater Hasdrubal:a romanis ãt alter cõsulũ Claudius nero cõtra Hãnibalẽ ,pfectus est. Alter autẽ Liuius salinator Hasdrubali oppositus ẽ. Sed erãt tãtæ Hasdrubali copiæ:ut Liuius minime illis resistere posse putaret. Quapp Claudiꝰ nescio maiori aio:an cõsilio ita e castris:q̃ hãnibali opposita habeat cũ pte deleta militũ discessit:ut nihil Hãnibal psenserit. Ita ẽt ad metaurũ ,pfectus cũ collega se cõiunxit: ut hostis suũ aduentũ non aiaduerterit:quapropter sua pcipua opera ita egregiæ collatis signis pugnatum ẽ: ut hasdrubal cum quinquaginta sex millibus militũ cæsus fuerit eadẽq; celeritate ad castra sua deide reuersus nihil tale ad huc suspicãti Hãnibali per captiuum ,ppter hoc solutum hasdrubalis caput obtulit. ¶ Ille dies: in quo uicto-

tia potius ẽ pulcher fuit fugatis tenebris ex latio.i.deuictis hostibus & remota tristitia q̃ notat p tenebras ut fœlicitas per lucẽ. Ex hac uictoria Liuio salinatori qm̃ suis auspiciis & in sua ,puincia res gesta ẽ triũphus decretus est. Itaq; q̃drigis uectus est. Claudius uero illũ æquo ,psequebat. Sed tũ plus honoris & gloriæ i claudium reddundauit. Nã sua opera uictoriam partam putabant.

Qui primus alma risit adorea
Dirus per urbes afer, ut italas
Ceu flamma per tædas uel eurus
Per siculas equitauit undas:
Post hoc secundis usq; laboribus
Romana pubes creuit & impio
Vastata pœnorum tumultu
Fana deos habuere rectos
Dixitq; tandem perfidus hãnibal
Cerui luporum præda rapacium
Sectamur ultro:quos opimus
Fallere & effugere est triumphus
Gens quæ cremato fortis abilio
Iactata tuscis æquoribus sacra:
Natosq; maturosq; patres
Pertulit ausonias ad urbes
Duris ut ilex tonsa bipennibus
Nigræ feraci frondis in algido
Per damna per cædes ab ipso
Ducit opes animumq; ferro.
Non hydra secto corpore firmior
Vinci dolẽtẽ creuit in herculem
Monstrũue summisere colchi
Maius, echioniæue thebæ.
Merses profundo pulchrior euenit
Luctere multa proruet integrũ
Cum laude uictorem:geretq;
Proelia coniugibus loquenda.
Carthagini iam non ego nuncios
Mittã superbos: occidit occidit
Spes omnis:& fortuna nostri
Nominis hasdrubale interẽpto.
Nil claudiæ non perficient manus.
Quas & benigno nũine iuppiter
Defendit & curæ sagaces
Expediunt per acuta bella

¶ ANT. Alma adorea.i.laude & gloria. Nã adoream laudem siue gloriã dicebant:qa gloriosum eũ putabant esse:q fratris copia abundaret ut Festus inquit: Et apuleius li.iii.ait. Ergo igitur iam & ipse possum inq̃ mihi primã istã uirtutis adoriã ad exemplum duodeni laboris herculis numerare: item lib.vii.fic. ¶ Domi foriq;:fortibus factis adoriæ plenæ:gloriarer equis armẽtis. Dicitur aũt adorea & adoria: licet ab adoreo dicatur: adoreum olim far uocabatur. ¶ Dirus p.uia. sensus est: q; hannibal uicto hasdrubale p italas urbes fugit: uti flamma per tædas:& eurus per mare siculum. Liui.autem scribit libro septimo de bel.punico secundo q; occiso hasdrubale Hannibal tanto simul publico familiariq; ictus luctu agnoscere se fortunam carthaginis fertur dixisse. Castris inde motis:omnia auxilia quæ diffusa latius tueri non poterat in extremum italiæ angulum brutios contraxit: & metapõtinos ciuitatem uniuersam excitos sedibus suis & lucanos qui suæ ditionis:erant i brutium agrum traduxit:utq; idem Liui.libro nono scribit cum postea locros Scipio recipere uellet inde nocte motis castris abiit Hannibal. Idem postea a sempronio consule in agro crotonensi fusus ac fugatus est: ubi cæsa sunt supra quattuor millia armatorum paulominus trecenti capti uiui:& equi.xl.& undecimo militaria signa:itaq; percussus aduerso prælio Hãnibal Crotonem exercitum reduxit. Atq; ut Liuius idem libro decimo scribit. Nihil post hæc ab Hãnibale in Italia gestum est:nã eum carthaginenses reuocauere ab ipsa italia. ¶ Vt italas:ut.i. quemadmodum: legitur autem cum quadam admiratione. ¶ Rectos:æquos & benignos non auersos:ut olim. ¶ Fallere & effug.:sensus est: q; fallere ro. & effugere illos erat aphris summe triumphus. ¶ Gens.quæ ordo ẽ: gens quæ fortis ab ilio cremato iactata tuscis æquoribus pertulit ausonias ad urbes sacra & natos & maturos patres per damna per cædes ab ipso ferro:ducitur opes animumq; ut Ilex tonsa duris bipennibus in algido feraci nigræ frondis. ¶ Nigræ frondis:propter umbrã id ait quæ ex frondium densitate est: uel quia ibi ilices affluunt: quæ nigre sunt frondis. ¶ Natos. Aeneam & ascaniũ. Patres anchisem & æneam. ¶ Hydra:ex hydræ lerneæ corpore centum prodibant serpentum cum capite ceruices quarum singulis cæsis duæ renascebatur: ob eamq; rem minime uinci posse uidebatur: cum pars amputata ualidior redderetur:hanc difficultatem arte superans hercules Iolaum monuit ut e uestigio incisam ceruicem face ligneа:ne efflueret sanguis:inureret: hoc pacto superata bellua sagittas eius sanguine unxit: quo illarum uulnus mortiferũ redderetur: hæc omnia ex libro quinto Dio. Eusebius uero ubi de hercule meminit:ita ait. Hydram autẽ calidissimum fuisse sophistam asserit Plato: De hydra Oui.etiam scribit in principio libro nono illud fere quod Dio.de numero capitum & cæsorum augmento. ¶ Monstrũue sumiscere Colchi. Auream pellem arietis in templo martis Aeta rex suspẽderat:quod longe erat ab urbe sybari colchorum regia stadiis.lxx.id autẽ muro circũ dederat:custodesq; plures apposuerat: & draconẽ:sed re uera templi custos draco dictus est hæc & plura Diod.libro quinto Ouid.uero libro septimo meta. scribit hũc draconẽ auxilio medeæ ab iasone occisum esse. Ait autẽ peruigilẽ supest herbis sopire draconẽ. Qui crista linguisq; tribus psignis & uncis dẽtibus horrẽdus custos erat arboris aureæ. ¶ Echiõiæue the.fuit Echiõ unus e qnq; q cadmo thæbas cõdere auxiliatus ẽ:occiderat ãt cadmus serpentẽ maximũ:deinde respõso ab aere dato illius dentes sæuit:e qbus nati sunt armati hoies:q seipsos occiderunt ilico superstitibus quinq; tãtũ quoꝝ unus echion. De hac re Latius lib.iii.met. Ouid. ¶ Merses:romanũ supple ẽ aũt a merso.mersas. ¶ Luctere: nullo mõ si itelligas:nã p se plenus ẽ sermo:ẽ.n. sicut merses secũda uox pntis subiunctiui:quo ,p impatiuo interdũ utimur Luctere.i.luctam ineas cũ romano. ¶ Integrũ uictorem:idest antea inuictũ. ¶ Coniugibus loquenda: hinc ait Vlyssi penelope. Grata ferunt nymphæ pro saluis dona maritis. Illi uicta suis troica facta canunt. Postea narrantis coniunx pendet ab ore uiri. ¶ Superbos:hilares & nobiles ob uictoriam aliquã: non.n. amplius

uictor esse possum. ¶ Spes omnis: erat enim Asdrubal patre eodem amilcare: genitus: æque dux impiger p tot in hispania annos bello ro. exercitatus. gemina uictoria insignis duobus ducibus cum exercitibus deletis: ut Liuius scribit libro septimo de bel. pu. secun. ¶ Et fortuna: ut ex Liuio diximus occiso hasdrubale Hannibal agnoscere fortunam carthaginis fertur dixisse. ¶ Nil Claudiæ: poetæ uerba sunt i laudem Drusi domus Claudiæ. ¶ Iuppiter: augustũ intelligit. ¶ Curæ sagaces: ipsius augusti consilia. ¶ Expediunt: Explicant liberant. ¶ Acuta. b. periculosissima. allusit autem ad telorum acumen.

uenenis illita: quæ quum illa corpori applicuisset: incidisse in morbum: & patrem auxilium filiæ ferentem: quum corpori illius hæsisset ilico expirasse. irata ãt medæa q̃ iason euaserat. in eius calamitatem oẽs iugula uit natos: excepto uno qui fugit: is Thessalus dicebatur: deide fidissimis sociis fugæ assumptis medæa noctu ex corintho fugiens thebas ad herculem iuit: iason uero sibi ipsi mortem consciuit: relicto hercule athenas ad ægeum regem se cõtulit. inde phœniciam petiit postea ad superiores asiæ partes transiẽs clarissimo hæsit regi. Ex quo medum filium peperit a quo medi populi dicti sunt. Tragici postmodũ mirãda quædã de me dæa uariaq; ediderunt hæc oia ex li. v. Diodo. diximus & plura in iuuenalis satyra prima. Et in Buc. Aegloga quarta, uideto itẽ Nasonis epistolã ubi creusam appellat nõ glaucã. uideto itẽ li. vii. met. ℣ Mirata est ducẽ. ip sa medæa apud ouidiũ inqt. Cur mihi plus æquo flaui placuerẽ capilli. Et decor & liguæ grã ficta tuæ? Et for mosus eras: & me mea fata trahebant. Abstulerãt oculi lumina nrã tui. ℣ Ignota iuga: medæa iasoni inquit. Di xerat interea tibi rex ut dura ferorũ insolito p̃meres uomerẽ colla boum. Martis erant tauri pluſq̃ per cornua sæui. Quorũ terribilis spiritꝰ ignis erat. Aere pedes solidi p̃tẽtaq; naribus æra. Nigra p affiatus: hæc quoq; fa cta suos. ℣ Hoc delibutis. Ordo ẽ. Vlta pellicẽ donis delibutis hoc. s. allio &c. ℣ Delibutis: hoc ẽ unctis a deli buit. i. iũxit. ℣ Serpẽte fugit alite. ubi medeæ uenenis noua nupta arsit cũ regia Creontis illius p̃ris filios me dæa iugulauit ense in iasonis p̃ris ultionem. inde Draconibus ablata est: athenasq; adiit ubi ab ægeo rege etiã thalamo recepta fuit: hæc ex li. vii. met. ℣ Vapor: æstus hoc loco alibi fumus uel nebula uel odor. ℣ Sidere ua por. Caniculæ exortu accẽdi solis uapores: qs ignorat inqt Pli. li. ii. Cuius sideris effectus amplissimi in terra sentiunt feruẽt maria exoriẽte eo: fluctuãt i cellis uina. Canes qdẽ toto eo spatio maxie i rabiẽ agunt. Canicu la ãt dr̃ pcion. i. ante canẽ: qa ãi canẽ maiorẽ exorit. Vtq; columella docet. vii. cal. Aug. canicula apparet: quo tpe caligo fit æstuosa. ℣ Siticulosæ: q̃ semp sitit. ℣ Appuliæ: accolæ tractũ oẽm post calabros appuliã uocant: ut scri. Stra. li. vi. i ea ut scribit ptolomæus urbes sunt Theanũ. Nuceria. Arpi. Canusiũ. Mons gargãus. ℣ Munus herculis. Hercules curynomũ puerũ ministrantẽ sibi i cœna a uino calefactus pugno occidit iuitꝰ. Qua ex re dolore pculsus calydõia cũ uxore deianyra hiloq; puero ex ea orto recessit. Quũ i itinerẽ ad Euenũ puẽisset flumen nessum centaurum repperit p̃cio uiatores flumen trãsuehẽtẽ: hũc traductã Deianirã uiolare conantẽ muliere uiri opẽ iplorante hercules sagitta transfixit: cũ prius tñ deianirã cognouisset. Moriturus ex uulnerẽ pollicitꝰ ẽ ei se amoris medicamẽtũ traditurũ: quo nullã p̃ter se mulierẽ hercules aliã appeteret: iussit itaq; se mine qd ex eo exciderẽt cũ oleo & sanguine ex sagitta defluẽte imixto herculis tunicã ungere: quo dato consi lio quũ expirasset illa clã hercule qd mãdatũ erat assumpsit: lõgo post tpe hercules captã iolẽ secũ ducẽs eu riti filiã ex Euboea i mõtẽ ꝓfectus ẽ noie cyneũ. ibiq; lacra facturus lycã domesticũ quẽdã ad uxorẽ Deiãirã in trachinã misit: ut ei uestẽ qua i sacris uti cõsueuerat afferret. Quæ quũ a lyca amorẽ ioles pcepisset cupiẽs se oibus amorẽ p̃ferri tunicã iuxta cẽtauri cõsiliũ tinxit hãc a lyca rei iscio delatã hercules idutus medicamẽ tui paulati iualescẽte torq̃ri maxio dolore cœpit. Virus. n. sagittæ ueneno uipeo ifusæ corpꝰ cõficiebat: itaq; lycã uestis latorẽ primũ occidit. Deiãira uero itellecta re laqueo uitã finiuit: hercules ãt cõstructa pyra i oeta monte ex rñso apollinis: & desperata salute i pyrã ascẽdit rogãs ut ignẽ subiicerẽt: tũc philoctetes in gratiam sagittarũ: quas ei hercules reliq̃rat pyrã succẽdit: subitoq; fulminibus circũ cadẽtibus pyra exusta ẽ. Accedẽte iolao ut ossa colligeret, quũ nullũ penitꝰ reptũ eẽt: credẽtes herculẽ secũdũ oraculi respõsa ad deos trãslatũ illi ut heroi sacra q̃dã fecerũt: hæc meminit Dio. li. v. Quod ẽ li. ix. met. Oui. amplissime scribit. ℣ Efficacis herculis. id qdem herculis ppetuũ est epitethon. Efficax enim dicit qui facile potest efficere & implere qꝰ qd uoluerit. ℣ Iocose. iocis gaudens. ℣ Sponda: exteriore parte lecti.

ℭ ACR. Parẽtis oli si qs ipia manu. Siqs ergo inqt parricidiũ fecerit comedat alliũ p pœna: qa est ueneno nocẽtius. ℣ Senile. ad augmentũ sceleris dixit senile: qa ẽt si occisus nõ eẽt mori tñ potuerit. Vt Lu. iã senis ex tremũ piguit uergẽtibus ãnis. ℣ Edat: sic. n. ueteres declinabãt ut te nec tãtus edet dolor tacitã. ℣ O dura. m. i. fortia. ut durus amor. ℣ Nũ uiperinus: uipinũ sanguinem uenenũ dicit. ℣ Incoctus: permixtus. ℣ Canidia tra ctauit dapes: canidiã pro gratidia posuit: nõ. n. ppriũ nomẽ notari decebat i carmine: ut nulli grauis ẽ percul sus Achilles: fuit ãt Gratidia unguẽtaria Neapolitana q̃si malefica. ℣ Mirata ẽt adamauit: quẽ sup oẽs malefi ciorũ herbas allio punctũ tauros ignẽ spirãtes naribus iũxisse significat. ℣ Hoc delibutis. u. d. p. glaucem dixit creõtis filiã: quam dum reuersus a colchis iason uoluisset accipe uxorẽ pp amorẽ iasonis: medæa repudiata dolore obliuionẽ coronæ malefica arte cõpositæ icendit. & occisis filiis medo & merinero dolorẽ suũ ultra pẽ natis dracõibus fugit uecta. & medæã cõstituit ciuitatẽ. ℣ Nec tãtus unq̃ sydere insedit. u. s. i. non tanto ardore solis siccari appuliã dicit: q̃to ardor alliũ comedẽtũ uiscera perurit. ℣ Nec munus humeris efficacis her. i. æ. Nessus cẽtaurus uulneratus ab hercule: eo q Deianirã uxorem eius rape uoluisset dũ eã suscẽptã ab hercule euenũ fluuiũ traiiceret: ut se de eo ulciscerẽt: lanã tinctã sanguine suo deianiræ dedit. dicẽs eã ab hercule sa tis amãdã: si ex accepta lana cõfectũ uestimẽtũ herculi dedisset: hoc illa muliebri facilitate seruauit: q̃ãt se amari minus cognouit ab hercule palliũ factũ ei ut iduerẽt dedit: Quo tacto hercules tãto ardore correptꝰ est. ut ipse laniarẽt: nec ardorẽ uinceret: nisi qd pyrã sibi i mõte thessaliæ fecit se iniiciẽs: purgatus corpore in ter deos affirmat receptus. Deianyram aũt hercules accepat uicto acheloo fluuio calidoniæ: q̃ deianyra fuit Oenei filia Tidei soror: hãc aũt fabulã iõ cõmemorauit ut ardorẽ herculis icẽdio alii comparet. ℣ Tale. i. ali ud simile. ℣ Iocose. læte. iocũde. ℣ Manũ. p. s. a. t. i. refutet puella suauiũ tuũ. p alii fœtore: & i spõda lecti fugi at olentem uiꝰ. Quidã uolunt Terentiam concubinam mœcenatis eũ significare uoluisse.

ℭ POR. Parentis olim siquis impia manu Senile guttur fregerit. Execrat alliũ significãs se grauiter uexari edat aũt dicẽdũ potius q̃ edit: qm̃ sic declinat edo es ẽ. deinde mõ optatiuo tpe futuro utinã edã edas edat: plaliter edamus edatis edãt: & alliũ dicẽdũ. ut soliũ doliũ: non ut uulgo aleũ. ℣ O dura messorũ ilia q̃ feri dum alium prãdent de qbus & Vir. in Buco. Thestylis & rapido fessis messoribus æstu allia serpillũq; her

bas contũdit olentes. ¶ Edat cicutis: cicuta herba ē uenatissima. ¶ An.m.c:t.d. sub hoc canidiæ noīe gratidiã neapolitanã unguentariam intelligi uult; quã ueneficam Hora. semper ifectatur sed quia nõ licet probrosum carmen ī quēquam scribere iccirco ferre poetæ similia effingunt; sic & Vir. in Buc. pro cytheride lycoridem appellat. ¶ Candidũ medæa mirata ē ducē: iasonē signat cãdoris ãt noīe & Vir. significatione pulchritudinis semper utitur: ut candidus insuetum miratur limē olympi. Et candida dido: & cãdida maia. Notam autem historiam hunc in locum conuertit quasi medæa alio perunxerit iasonem. ut eum muniret aduersus uim taurorum flãmam spirantium qui iussu regis subiiciendi erant si uellet pellem aureã accipere. ¶ Hoc de.u.d. p.f.f.a. ut cũ ait ruẽs uolens aderat. ¶ Nec munus humeris efficacis herculis: de ueste illa loquitur sanguine Nessi delibuta quam a Deianira coniuge oblatã hercules cum se induisset incendio eius abiumptus est: efficacis autem perpetuũ epithetõ uult eē herculis. ¶ At si qd unquã tale concupiueris iocose mecœnas præcor: oportune iocosum appellat cui uelit iocos suos commendatos esse.

CHRI. Parentis olim sics impia manu. Tragœdiam in re humili excitat: ut ridiculã facetãq; oronem reddat. ¶ Allium comederat: quod cũ stomacho nocuisset detestat. Sed lepida oio ē oratio: cum ridiculi cã res humiles ueluti grãdes tractamus. ut cũ Hom. ranarũ murũq; plia describit. ¶ Senile guttur. Nam cũ impiũ sit parẽtem interficere: tñ multũ ætas senilis ad scelus addere uidet. ¶ O dura messorũ ilia. Nam illis allũ datur. Vir. Thestilis & rapido fessis messoribꝰ æstu. Allia serpillũq; herbas cõtũdit olẽtes. ¶ Incoctus cruor. Quasi nõ possit credere alliũ ex se: nisi uiperæ uenenũ admixtum sit tantũ nocere. Aut nisi Canidia uenefica suis artibus epulas infecerit. Sed de canidia cuius proprium nomẽ Cratidia fuit. paulo ifra dicet. ¶ Vt argonautas: iason Esonis filius suadente patruo pelia nauẽ longam. quæ teste Pli. prima fuit; ī pegaso sinu ædificauit; & ab argo fabro eam denominauit: Virosq; ex græcia fortissimos: quos secũ in colchos ad uellus aureum rapiẽdum elegit q a naue qua uecti sunt: argonautæ fuerunt noiati. Præcipui ãt fuerũt. ¶ Orpheus. hercules: castor pollux: zetus: & calais. Sed cũ ad Oetã regẽ puenisset. eẽntq; & tauri: q naribus ignes spirarent: domandi: & serpẽs iterficiendus: & dentes serendi & homines armati inde subito nati interficiendi nõ potuisset has difficultates superare iason: nisi Medæa q̃ iuuenis amore capta est: opem suis magicis artibus attulisset. Medeæ igitur auxilio hæc oia monstra superauit: uellusq; rapere potuit: Poeta ergo rei suæ inseruiẽs nulla re putat medæam iasonẽ cõtra illa mõstra uehementius munire potuisse q̃ allio illũ ibuendo. ¶ Ergo ut.i. postq̃ medæa mirata est. i. obstupuit tanq̃ pulcherrimũ ducẽ. s. iasonẽ illigatus iuga ignota: qm̃ hactenus indomiti tauri nunq̃ iuga tulerant: perũxit hoc allio. ¶ Iasonẽ: tanq̃ in quo eẽt extrema uis contra oia mõstra. ¶ Hoc delibutis. Nã cũ medeæ opa aureo uellere potitus esset iason una cũ mædea corithũ peruenit: atq; bñficiorũ medæa acceptorꝰ imemor filiam creõtis corithi regis siue glauce. ut Lactãtio Porphirioniq; placet siue creusa: ut refert Seneca: appellaret uxorẽ repudiata medæa duxit. At illa ira furoreq; percita: & medeũ meritorũq; filios occidit: epulandosq; patri apposuit: & munera iis ueneficiis delibuta ad nouã nuptã misit: ut cum ea explicaret subito icẽdio cũ uniuersa regia ablũpta sit. Ergo poeta credit alliũ tã uehemẽti ueneficio adhibitũ fuisse. ¶ Serpẽte alite. Nã cũ ulta eẽt iniurias suas medæa religatis ad currũ alatis serpẽtibꝰ p aereũ uecta aufugit. ¶ Vapor sydereꝰ. i. q ui sydẽrũ plerti caniculæ. ¶ Appuliæ: q̃ regio calidissima ē & aqs caret. Nõ igit minore calore afficit a diebus cãicularibꝰ apulia q̃ ego ex calore: quẽ comestũ alliũ itulit. Nec ẽt munꝰ herculis maiori efficacia exuisit hũeros. Voluerat Nessus centaurus uim deianire uxori herculis inferre. At hercules sagittis ex sanguĩe hydrino ifectis nessum iterfecit. Moriẽs aũt nessus ultionẽ parauit. Persuasit. n. deiãirã: ut uestẽ suã illo sanguĩe iã ifectã seruaret affirmãs eã illi uim inesse ut si qñ hercules aliã amaret mulierem: & ea uestẽ indueret. statim eo amore solueret. Cõdidit deianira: & cũ occupatus esset hercules siue & omphales siue ioles amore: misit uestẽ ignara euẽtus: ignarus & hercules īduit īdutusq; ab ea exustus est. ¶ At si qd. Oĩdit tandem ridicule hæc scripta esse: cũ post tantas tragœdias huc euadat: ut si qñ mecœnas alliũ comederit puella uirosum anhelitũ suũ effugiens opponat manũ osculo. ¶ Extrema sponda. i ultima parte lecti:

Argumentum. ODES. IIII.

CANT. Poeta ī Menã libertũ iuehit. is. n. pecũia sub pbꝰerat: & ī ordĩe eqstri receptꝰ: tribunusq; militũ factus. Acrõ aũt & Porphyrio scribunt Menã Cn. põpei magni libertũ fuisse. Deide apud sex. Põpeiũ magni filiũ mãsisse: quo qdẽ exercẽte pyraticã ad augustũ p̃ fectꝰ classis relicto sexto cõfugit: iteꝰ postea ad sextũ reuersꝰ ẽ: rursꝰ illo relicto ad augustũ rdit: a quo tribunꝰ militũ factus ẽ: Sue. ẽt scri. neminẽ unq̃ libertinoꝰ adhibitũ ab augusto cœnæ excepto Mẽa. sed asserto īgenuitatẽ post pditã sexti põpei classem. Metꝰ uero ē priæ ode epodũ fisse. ¶ Sortito: ex sorte & naturali dispõne. Naso quoq; ī ibin ait. Pax erit hæc nobis dõec mihi uita mãebit. Cũ pecore ifirmo q̃ solet esse lupis. ¶ Ibericis. f. græci eandẽ iberiã & hispaniã noĩa bãt. sic ẽt romãi ut Stra. scr. li. iii. Pto. itẽ li. ii. sic ait. Hispaniæ q̃ apud græcos iberia dr̃ tres sunt regiões. Berica. Lusitania. ac Taraconẽsis. ¶ Ibericis fu. ostendit eũ fuisse põpei regimẽ ī iberia pompeius. n. in iberia

CODe. iiii. dicolos distrophos in Menam libertum.

EVpis & agnis quãta sortito obtigit
Tecum mihi discordia est:
Ibericis peruste funibus latus:
Et crura dura compede:
Licet superbus ambules pecunia:
Fortuna non mutat genus.
Vides ne sacram mentiente te uiam
Cum bis ter ulnarum toga
Vt ora uertat huc & huc euntium
Liberrima indignatio:
Sectus flagellis hic triumuiralibus
Præconis ad fastidium

Arat falernũ mille fundi iugera:
Et appiam mannis terit:
Sedilibusq; magnus in primis eques
Othone contempto sedet.
Quid attinet tot ora nauium graui
Rostrata duci pondere
Contra latrones atq; seruilem manum
Hoc hoc tribuno militum.

sæpe contra sertorium pugnauit a senatu quidem missus cũ metello ī sertoriũ & perpẽnam demũ obtrũcato sertorio a perpẽna amico: quẽ & hæredẽ instituerat. Pompeius ipse plenã uictoriã habuit nouissime cõtra perpẽnam pugnauit: qui captus & occisus iberici belli finis extitit. scri. ea Apianus li. i. libro itẽ. ii. asserit: quo tpe Pompeius brũdusiũ se cõtulit timore cæsaris: eius exercitum in iberia cõsedisse: oibus ipromptu paratis: quocũq; necessitas ire cogeret. Erant ãt illic petreius & afranius pompei p̃tores contra quos cæsar ipe pugnauit: ac uicit. Eosq; ad pompeium liberos redire concessit: relicta hispania tibi possidẽda: pp hæc igit ostẽdere uĩ Hora. menã pompei remigẽ in iberia fuisse. ¶ Ibericis funibus. Sparthũ herba est sponte nascẽs: & quæ nõ queat seri carthaginensis hispaniæ citerioris portio nec hæc tota montes quoq; spartho opit: id in aquis mariq; inuictũ est: in sicco p̃ferunt e canabi funes: in usu ē nauium armamentis iunco græci & ad funes uti sunt: inde translatus a pœnis sparthi usus. Pli. auctor lib. xix. Meminit itẽ Gellius li. xvi. c. iii. dicẽs igit Hor. ibericis funibus sparthi funes ītelligit qbus nautæ utunt. ¶ Peruste latus: pustũ hñs funiũ uidelicet flagris: p qd eũ uilissimũ ignauissimũq; fuisse remigẽ ostẽdit. ¶ Crura: tibias ītelligit. Crus. n. nũc coxa nũc tibia dicit. ¶ Dura cõpede: ferreis ãnulis & pedicis q̃les qdẽ remiges ipsi ferre soliti. ¶ Sacrã uiã. Via sacra illa qdẽ erat: ut legit: q̃ a capitolio tendit ad Titiarcũ. Sic dicta: ut Varro scri. qa sacra quotquot mẽsibus ferebant in arcẽ. i. capitoliũ. Et per quã augures ex arce pfecti solebãt inaugurare. Scribũt alii in hac uia: qm̃ iuxta foꝰ romanũ erat: fructus & poma uendi solita. Vnde ait in arte Ouidius. Rure suburbano poteris tibi dicere missa illa uel in sacra sint licet empta uia. ¶ Cũ bis ter: ordo ē. Cũ toga ulnaꝰ bis ter: per qd amplã fuisse ostẽdit: hic etiã ait ammianus. Sudant sub põderibus lacernaꝰ. Iuue. quoq; sat. i. crispinũ eiusdẽ fortunæ cũ mena de toga sic taxat. Cũ pars miliacæ plebis: cũ uerna cãopi Crispinus tyrias humero reuocante lacernas. Vẽtilet æstiuũ digitis sudantibus aurũ. ¶ Vlnarũ. Seruius in Buco. & lib. iii. geor. sic ait. Vlna ẽm alios utriusq; manus extensio est. licet Sueto. unum cubitũ uelit esse tantũmodo: quod magis ueꝰ est: hæc ille: hic uero conuenit magis: prima significatio: ut intelligamus amplitudinem togæ: non longitudinẽ: ut aliq sentiunt. ¶ Liberrima indignatio. i. iustissima & ingens: libere. n. non timide agebat in eũ. ¶ Sectus flagellis. i. uirgis cesus. Iuue. sat. vi. de mulierũ sæuitia in seruos ait. Hic frãgit ferulas: rubet ille flagellis: hic Scutica &c. Vbi nõ secat sed rubet in oibus legit. flagella ãt dicunt sũmæ arboꝰ partes ab eo q̃ uentoꝰ crebros flatus sustineãt. Vir. li. ii. Geor. Neue flagella sũma pete. ¶ Triũuiralibus. Innuit menã publice quoq; in maius dedecus fustigatũ. ¶ Triũuiri. n. suppliciis p̃erãt: hinc sic Salu. in Catili. ait. Triũuirosq; ad suppliciũ postulabat. Sosia itẽ in Plauti amphi. sic inqt. Quid faciam nunc si tres uiri me in carcerem cõpegerint. Inde cras eprõpturia cella depromar ad flagrũ. Pli. quoq; lib. xxi. c. iii. sic ait. Atq; ob id duci eum in uincula. Triũuiri iussissent. Vtq; Liuius lib. xi. scri. Triũuiri capitales: tũc primũ creati sunt: ubi curius dentatus consul sãnitibus cæsis sabinisq; uictis bis in eodem magistratu triũphauit. ¶ Præconis ad fastidium. i. tam diu cæsus donec etiã p̃coni fastidio esset. Per qd intelligẽdum dum noxii cædebant p̃cones tubas inflare solitos. Qui mos adhuc mea in patria uelitris seruari solet. ¶ Phalerni fundi. Secũda uinobilitas phalerno agro erat qui ager a ponte cãpano leua petentibus urbanam coloniam. Syllanam nuper capuæ contributam incipit: ut scribit. Plini. libr. xiiii. In agrum uero phalernum Appia uia ibatur: propterea appiæ quoq; meminit. ¶ Iugera: iugeri mensura inducentos & quadraginta longitudinis pedes dimidioq; in latitudine patet. Auctor Quintilianus libro. i. Teste autẽ Plinio lib. xviii. iugerum uocabatur quod uno iugo boum in die exarari potuisset. ¶ Appiam: præclarissime sunt uiæ: ut Strabo ait. li. v. Appia. latina. Valeria. Appia quidem ad mare usq; sinuessam protenditur. Valeria uero in sabiniam usq; ad marsos. Hæc a tyburtinis capit initium: inter appiam & ualeriam media latina est: quæ ad casinum oppidum coniungitur appiæ: a capua decem & nouem distans stadiis. Plini. autem scri. Appium Claudium cæcum in censura uiam usq; brundusium lapidibus strauisse. Vnde illa appia dicta est. ¶ Mannis: manni equi dicti q̃ mãsuetudinem manuũ sequantur: uulgo burrici dicebantur: ut Porphirio scribit. ¶ Sedilibus primis. Pedianus in oratiõe p Cornelio sic ait. Quanq̃. L. roscius. Otho biennio ante cõsul firmauit in theatro: ut equitibus romanis. xiiii. ordines spectandi gratia darent. Et seneca epistola. xliiii. inquit. At mehercle multis. xiiii. gradus clausi sunt non omnes curia admittit. Lucius etiam florus libro. xcix. epi. Liuii sic ait Lucius roscius tribunus plæbis legem tulit: ut equitibus romanis in theatro. xiiii. gradus proximi assignarentur. ¶ Othone contempto. i. spreta othonis lege. ¶ Quid attinet. Quid prodest inquit Hora. expugnasse pyratas & manum seruilem Cum mena olim & seruus & pyrata cum sexto scilicet Pompeio nunc tribunus sit militum. Rostrata ora nauium: proras intelligit habentes in fronte rostra ærata propter scopulos. s. ne offendant. ¶ Contra latrones. contra pyratas intelligit. Sextus enim pompeius maria omnia depredatoribus infestabat: ita ut romani maxima fame angerentur. In sicilia autem nauali prælio eum Agrippa deuicit: ut libro. v. Appianus ait: de quo latius ode. vi. libr. i. iam diximus. ¶ Seruilem manum. Syrus quidam in sicilia ad libertatem & arma seruos concitauit. Itaq; sexaginta seruorum milia collegit iure belli refractis ergastulis. Inde castella uicos oppida miserabili direptione uastauit: cœpit & castra prætorum. Tandem perpẽna imperatore supplicium de eis sumptum est apud ætnam ite rum postea insurrexere: ut prius sæuientes. Aquilius tandem deluit: Tertio duce Sparthaco & gladiatores & serui multo peiora fecerunt demum Licinius crassus eos circa brutium angulum superauit. Hæc omnia late habentur apud Lucium Florum. ¶ Hoc hoc tribuno militum: idest & latrone & seruo.

¶ACR. Lupis & agnis.hic quem alloqtur libertus fuit.Gn.Pomp.magni postea mortuo Pōpeio filio eius exercēte pyraticam ad augustū relicto sexto cōfugit.iterū ad sextū reuersus est.rursus illo relicto ad augustū rediit:& ab eo tribunus militū factus est.¶ Quanta sortito:inimicitiæ aut naturales sunt:aut uolūtariæ.Siergo cū isto naturales inimicitias esse dicit:sicut agnis & lupis.Sortito ãt aduerbiū q̃litatis ẽ.i.ex sorte.i.naturaliter euēit.¶ Hybericis p.f.l.Cruciatibꝰ afflictæ & uiculis hispanorꝫ q̃ sūt districti ad resecãda delicta.¶ Peruste.l.absolute dixit.Vt lachrymis oculos suffusa ni. ¶ Dura compede.ferrea aut cruda.¶ Licet supbus.a.p.i.liberꝫ te esse diuitiæ excusare nō possunt.¶ Sacrã metiẽte te uiam.cum indignatione ait uidens eũ togatum icedere.i.pmoueri. metiẽtẽ dixit ambulantẽ.Vt stabili gressu metiẽ littora cornix.¶ Cũ bis ter ulnarũ.t.Sex eni ulnis habebat diffusam togã.¶ Liberrima idignatio:iustissima & libera.¶ Sectꝰ fiagellis.¶ Tãq̃ q ad maius dedecus uitæ a publico sit uindice uerberatus:nã ut tribūis plebẽ ita triūuiris ius erat aliẽos seruos cedẽdi.¶ Sectus ergo cæsus:ut Iuue.Secat ille flagellis.¶ Arat falerni.m.f.i.Falernū regio ẽ cãpaniæ uini boni fertilis.¶ Sedilibus.m.i.p.e.hoc est ĩ primis eqs othone contẽpta iter primos sede:qa Lucius Roscius otho legẽ theatralẽ tulerat:ut in.xiiii.ordinibus sederẽt eqtes:de qbꝰ ĩ duobꝰ sederẽt tribuni:nõ tamẽ serui:qa mercãnas tribunus factus erat ab augusto.Vt Iuu. Sic libitū uão q̃ nos distinxit othoni.¶ Quid.a.t.hoc ẽ qd ꝓdest superatos pyratas:si is qui piraticam exercuit inter.vi.seruos tribunus factus est militum.

¶POR. Lupis & agnis q̃nta sorcito obtigit tecum mihi discordia ẽ.Hanc æglogam ĩ Menam scripsit libertum pompei magni q præfectus classis fuit sexto pompeio bellum aduersum augustum cæsarẽ gerẽte. Hic cum classe ad cæsarem transierat:deinde ad sextū rediit & rursus refugit ad cæsare.¶ Tecũ mihi.di.ẽ intelligendũ hic extrinsecus tãta.sic.n.consequẽs erit elocutio: quanta sortito attigit discordia lupis & agnis:tanta mihi tecũ est.Hybericis puste funibus latus: restibus cæsum sæpe ac per hoc malũ seruũ fuisse uult itelligi: hybericos aũt funes ideo dicit qa ĩ iberia.i.hispania plurimũ sptũ nascit.¶ Vides ne sacrã metiẽte uiam cum bis ter ulnarũ toga ora aduertat huc & illuc liberrima idignatio:idest uides ne ut euntes ora huc & illuc uertãt.Ordo est:uidesne ut liberrima idignatio uertat huc & illuc ora euntiũ te metiente sacrã uiam:cum bis ter ulnarum toga liberrima idignatio.Signat aũt populum ex indignatiõe: q̃ ille oblitus cõditionis tam magnificus icedat detorquere ab illo aspectum:& bene liberrimã indignationẽ dixit: q̃ libere ac palam hunc uidentes inseruitutẽ inuehunt cum bis ter ulnarũ toga hoc ẽ cũ sex ulnarũ toga, hanc aũt iustæ togæ mensurã intelligẽdũ est.¶ Sectus.fl.h.t.Triumuiralibus autẽ q̃ dixerit specialis elocutiõis usum eẽ ꝓ generali puto:nq̃ eni triūuiris tãtũ sed ẽt aliis potestatibus ius ẽ alienos seruos flagellare.¶ Præconis ad.f.aspere donec aliud agentibus triumuiris præco cũ uellet desinere iuberet.¶ Et ap.m.t.eleganter mãnis: quia nimiarum delitiarum affluentia est equos burricos habere:mãnos autem equos uulgo burrichos appellant.Appia pro qualibet uia posuit.¶ Arat ꝓprie qa phalerni agri meminerat quo.f.appia uia necesse ẽ ire:¶ Sedilibusq; magnus in primis eques.Othone contempto sedet:& magnus eques & sedilibus in primis cũ uehementi idignatione: profertur:ex q̃ttuor autem ordinibus:quos lege Roscius otho tri.ple.i theatro q̃stri ordini dedit duo primi uersus tribunitiis uacabant.¶ Quid attinet.tot ora nauium graui rostrata duci pondere contra latrones atq; seruilem manũ.Sensus ẽ qd prodest classe rostratis nauibus ducere aduersum latrones ac fugitiuos.quos sextus pompeius armauit.cum hunc patimur tribunum equitem romanum esse.

¶CHRI. Lupis & agnis quãta sortito obtigit.Archilochico pene carmine in menam inuehit. Hic pompei magni libertus ad augustum post mortem pōpei defecit. Deinde ad Sextũ magni filium pyraticam exercentem reuersus est.Rursus postremo ad augustum se recepit:a quo tribunus militũ factus ẽ:homo ea superbia elatus ut pristinæ fortunæ imemor oia sibi arrogaret.Hoc pati non ualens Hora.hæc scribit. Ergo tãta mihi est discordia tecum:quãta obtigit lupis & agnis sortito.i.ex sorte.i. naturaliter. Nam inimicitiæ aut naturales sunt:qbus natura duce mouetur sine cõsilio aĩal:ut uidemus in lupo & agno:& hæ nũ q̃ cessant: & uehementes sunt. Aut quadã nostra rõne siue recta sit:siue praua susceptæ.Sed quoniã primæ maiores sunt & iextinguibiles:iccirco inimicitias suas in menã illis cõparat.¶ Hibericis.spẽm posuit ꝓ genere & ostẽdit non solum seruum fuisse qd nõ illius sed fortũæ uitium dici posset:sed neq̃ seruũ:qd illi:& nõ fortunæ attribuẽdũ est.Peruste uel ꝗgra incendũt:& notat illum fuisse mastigiam.i.uerberibus dignũ:quẽ latini uerberonẽ appellant ¶ Dura:ferrea:aut cruda.¶ Fortuna nõ.m.g.Nam pecuniæ ignobilẽ non ualent nobilitare.¶ Liberrima indignatio.Ergo magna idignatio:cum sine aliqua dissimulatione:libere indignentur.¶ Sectus:orationẽ a mena ad auditores ex indignatione cõuertit.¶ Sectus:ut ostẽdat nõ solum uirgis cæsum:sed ita cæsum:ut uirgæ corpus abruperint.Sic Iuue.Secat ille flagellis.¶ Triumuiralibus. Ostenderat illum cum seruus fuisset priuati a domino cæsum tanq̃ scælestum seruum.Nunc quoq; publice ad supplicium propter eius errata abreptum esse.Triumuiri autem erant p̃positi suppliciis:quod & Salust.in catilinari.ostendit:& Plau.in amphitrione. Quid faciam nunc si triūuiri me in carcerem compegerit. Inde cras de promptuaria cella depromar ad flagrum.¶ Ad fastidium p̃conis.i.tã diu cæsus donec p̃co per quem pœna renunciat uel turba ad spectaculum supplicii conuocatur:nõ modo in tedium:sed in fastidium quoq; deuenerit.¶ Arat falerni. Sũma indignatio q̃ scelestus & sordidus uir tam sit locuplex.Auget autem primo a magnitudine agri ꝓpter mille iugera.Deide a nobilitate soli:quia in falerno:de quo abunde in superioribus dictum est.¶ Mãnis:quia reda uehitur a mãnis tracta.¶ Appiam.quæ ab appio Claudio in sua cẽsura strata est.¶ Sedilibus. In quatuor decim ordinibus.Roscius enim otho tribunus plebis legem tulit:ne quis sederet intra quartumdecimum theatri gradũ nisi cuius auo patriq; ingenuo quadringenta sextertia fuissent. Ergo contempto othone:idest lege ab othone lata:q̃ non sat erat habere quadrigenta sextertia:quia eius pater ingenuus nõ fuerat.Immo neq; ipse.¶ Quid iu.Sententia est frustra pugnatum esse aduersus manum seruilem spartaci frustra aduersus pyratas si Mena qui & seruus & pyrata fuerit.tribunus militum fiat.

Argumentum. ODES. V.

¶ANT. Hæc ode in canidiam ueneficam scribitur.ea quippe adamans uarum:a quo spernebatur p̃textatum puerum:cũ sagana ueia:& folia ueneficis mulieribus clam cœperat:spoliauerat: in fossam usq; ad mentum cum incantata aqua imerserat:quo ex illius fame deficientis medulla: & iecore amoris poculum parare posset.puer aũt salutis exspes diris imprecationibus illas est insecutus.De eadem uero canidia latius Epodo tertia diximus.Præterea de canidia:& Sagana lata idem Hora.scribit in Satyra octaua primi libri: ubi incipit carmen.Vidi ego met nigra succictã uadere palla canidiã &c. Est aut metrũ primo simile.¶ At o deorũ.Timentis pueri uerba ad deos.At.n. timoris interiectio ẽ. quæ quidẽ plenam affectus motusq; animi significationẽ habet.¶ Deorꝫ quicquid: idest quicũq; dei in cœlo regitis terras & homines.¶ Fert: appetit.¶ Tumultus:mulierum furor.¶ Ecquid ferunt:idest appetunt.¶ Per liberos te:canidiam puer orat iam sẽ capientem.¶ Veris partubus.i.legitimis filiis: uel nõ fictis partubus:per qd inuit eam uel nõ peperisse:uel ex adulterio cõcepisse.¶ Lucina:hanc grauidæ iuocabant:quoniam exactis mẽsibus lucem nascentibus iuno p̃bet:unde appellat iuno lucina ab iuuando:& lucem:ut Varro docet.Macro.libr.vii.scribit qũ diana q̃ luna est ἀνεροτεμίσ dicitur quasi ἀνεροτεμίσ hoc est aerem secans.Lucina a parturientibus inuocat:quia ꝓpriũ eius munus est distẽdere rimas corporis:& meatibus uiam dare: quod est accelerando partu salutare.¶ Inane.uanũ non eni sibi ꝓderat.¶ Purpuræ decus:pretextã intelligit.Patriciis.n. bulla aurea cũ toga cui purpura prætexebat utebant.Cordis aũt figuram in bulla ante pectus annectebant:ut illã inspicientes se hoies cogitarent si corde p̃starẽt.¶ Togã uero p̃ textam ferebant:ut ex purpuræ rubore ingenuitatis pudore tegerent:ut Macro.li.i.Saty.scri.¶ Petita ferro bælua:leonem intelligit:uulneratus.n.obseruatione mira percussorem nouit:& in quantalibet multitudie appetit.Eum uero qui tela quidem miserit:sed tamen non uulnerauerit correptum raptatũq; sternit nec uulnerat:auctor Plini.libro.viii.insignibus:hoc est prætexta & aurea bulla.

Lucina iuno lucina artemis lucina bulla p̃ texta Leonis natura

¶Quinta Ode dicolos distrophos ĩ canidiam ueneficam.

AT o deorum quicquid in cælo regis
Terras & humanum genus.
Quid iste fert tumultus:& q̃d oĩum
Vultus in unum me truces?
Per liberos te si uocata partubus
Lucina ueris affuit.
Per hoc inane purpuræ decus precor
Per improbaturum hæc iouem:
Quid ut nouerca me intueris? aut uti
Petita ferro bælua?
Vt hæc trementi quæstus ore constitit
Insignibus raptis puer.

¶CACR. At o.d.qcq d.l.c.r.In canidiam uenefica scribit inducta pſona pueri: q̃ ad ĩmolationes captus uoci ferans rogat:ne mulierum cõsciaꝫ turba pereat inclusus.¶ At o deorum:at uacat: ut At tibi pro scelere exclamat pro talibus ausis.Necromantiã factã detestatur a canidia maga: quæ in sosso puero regio animam extorquere nõ ambigit.¶ Aut quid omniũ. Quasi ẽt uultus crudelitate turbent.¶ Per liberos.t.uult itelligi aut nõ pepisse canidiã:aut de adulterio sobolẽ suscepisse.¶ Per.h.in.p.d.p.uelut p̃textatus puer apud eas purpuræ decus dixit qa non proderat:perituro.¶ Per improbaturum.i.uindicaturũ.humanæ.n.uictimæ ioui accepte esse non poterant:qa a iuuamine hominũ iouis dictus est.¶ Insignibus raptis.p.Spoliatus prætexta puerili.

¶POR. At o deorꝫ qcquid in cœlo.r.t.Verba p̃textati uociferãtis ĩ domo canidiæ.quẽ significat ab ea furtim raptũ:ut necromãtiã ex eo faceret.Et bene abrupta exclamatio in cœlũ.hoc.n.dicit pemptũ est qcquid in cœlo est regẽs terras.¶ Quid iste.f.t.Tumultũ aũt dicit rapinæ ipsius quã passus ẽ.¶ Aut q̃d omniũ uultus in unũ me truces.Earũ dicit q̃ cũ canidia cõsciæ ministre sceleris huius fuerãt.¶ Per hoc in.p.d.p.quo magis oneret atrocitatem sceleris huius:p̃textatũ ac per hoc hõestum ac delicarum facit hũc puerum esse.¶ Inane ergo decus purpuræ.apud eam inane itellige:quæ.f.sine respectu æquitatis eius in eum sæuiat.¶ Insignibus raptis puer.impube corpus.insignia pueri intellige raptam prætextam ac bullã:& est σκηπτοφεξεγισσισ puer impube corpus. hoc est impube corpus erat.

¶CHRI. At o deorꝫ qcqd ĩ cœlo regit.Cratidia fuerat neapolitana mulier pessima uenefica.Huiꝰ ergo necromãtiã de puero factã subnoiæ canidiæ uitupat.iducit ãt pueꝫ ab illis iã subreptũ:& ad ĩmolationẽ paratũ suas miserias conq̃ri:& ĩ canidiæ sociarũq; crudelitatẽ iuehit:loqt ergo puer.¶ At.expauescẽtis ẽ.O qcqd deorũ.i.o oẽs dii q regitis terras & hũanũ gẽus.¶ Quid fert.qd affert:uel qd cupit.¶ Tumultus:tumultuosa ꝓperatio mulieꝫ.¶ Truces.nam oẽs ille ueneficæ inimico aĩo spectabãt.¶ Per liberos te.iã in eũ manus iniciebat canidia q̃pp ut sui misereat ꝓ suos liberos eã p̃catur.¶ Veris partibus.Dubitat an peperit:an potius alienos sibi filios supponẽs pepisse finxerit: ꝓpterea q; si partubus ueris dixit.¶ Inane decus pur.i.nihil ꝓfutuꝫ. Sed quare purpurã ĩ puero dicat.aiaduertãs. Tullius hostilius tertius rex romanorꝫ debellatis etruscis Sellã curulẽ.lictores Togã pictã p̃textã ĩsignia magratuũ etruscorꝫ ad romanos trãstulit.Sed p̃textã illo tpe puerilis ætas nõ usurpabat.Veꝫ Tarquus deide priscus cui lucũo nomẽ fuit de sabinis cũ triũphasset:filiũ suũ annos.xiiii.natũ ꝓ cõtione laudauit q̃ hostẽ pcusserat:& bulla aurea qd gestamen prius triũphantiũ erat & p̃ texta.qua soli magistratus utebantur ĩsigniuit.Hinc tractus mos ut puer bulla & p̃texta.i.toga cui purpura p̃ texebat uterent.Sed bulla nõ fuit cõcessa nisi illis:quorũ pres curulẽ magratũ gessissẽt.Cæteris uero usq; ad eos quoꝫ pres equo iusta stipiẽdia meruissẽt p̃texta sola cõcessa ẽ.Demũ ĩ bello pũico secũdo libertinis quoq; sed iis tãtũ q ex iusta mfe nati eẽnt:cõcessum ẽ:ut p̃textã & lorũ in collo ꝓ bulla portarẽt.Ergo hanc p̃textam

decus purpuræ appellat. Vt postq̃. ¶ Constitit impube corpus. Nã direptis insignibus. i. purpurea uesse apparuit corpus nudatum impube. i. sine pilis. ¶ Constitit: stetit constitutus est in eo loco: ubi esset conficiendus.

thraces feri

¶ ANT. Impube corpus. supple tale erat. ¶ Thracũ. p. sunt. n. thraces bellicosissimi: & crudeles. Hinc polydo. lib. iii. ænei. ait æneæ. heu fuge crudeles terras. Mela. ét scri. thraces feroces esse & imites: unde ut inquit qdã feri sunt: & ad mortem paratissimi nec fœmininis qdẽ segnis est aius: sup mortuorũ utrorum corpora interfici. simulq; sepeliri uotũ eximiũ habent. Est autẽ thracia europæ regio iuxta mysiam: & macedoniã: & propõtidem: ut lib. iii. Ptolemæus edocet. Diony. ét asserit Thraces per amplissimam regionẽ diffusos partim ad latus propontidos maris colere: partim ad hellespõtũ cõiectos: partim etiã ad ægeum tenere:

thracia

Capri/ficus

¶ Caprificos: est caprificus e sylue stri genere ficus nunq̃ maturescens: eius uirtutes sunt plurimæ. Quaq; una est q̃ caprificus ferocium taurorũ collo circundata in tantũ rabidam naturã cõpescit: ut immobiles pstet. Pli. lib. xxiii. ita scri. nascitur autem in parietibus: & saxeis monumentis: hinc aliqui dictam putant caprificum q̃ parietes qbus nascit carpit. ¶ Cupræssus fu. Cupræssus diti sacra est: & ideo funebri signo ad domos posita: ut Pli. li. xvi. scri. Ser. ãt lib. vi. æn. sic ait. Cupræssus adhibetur ad funera: uel q̃ cæsa non repullulat: uel q̃ per eam funestata ostendit domus: sicut lætã frondes indicant festæ. Varro tamen dicit pyras iõ cupsso circũdari propter grauem ustrinæ odorẽ ne eo offendatur populi circũstantis corona: q̃ tãdiu stabat respondẽs fletibus præficæ planctuum principi: q̃ diu consumpto cadauere: & collectis cineribus dicebat nouissimum uerbũ illicet: qd̃ ire licet significat. Vnde ẽ. Dixitq; nouissima uerba. hæc Ser. ibi. Et ferales ante cupræssos constituũt. ¶ Funebres. luctuosas: funereũ uero dicitur qd̃ ex funere constat. funestũ qdẽ quod funere inquinatũ est. ¶ Turpis. r. de rana rubeta intelligit: cuius & in terra: & humore uita plurimis referta medicaminibus: ut Pli. li. viii. docet dicuntur autẽ rubetæ quia in uepribus: & rubis uiuũt: ut idem scribit li. xxix. Et li. xxix. de ouis asserit qũo ranæ habẽt: & cũ ouis societate simul fronti ĩpositæ cõtra epiphoras. ¶ Strigis: de strigibus lib. vi. fa. sic ait Naso. Sunt auidæ uolucres: nõ quæ phyneia mẽsis Guttura fraudabant. sed genus inde trahũt. Grande caput: stantes oculi rostra apta rapinæ. Canicies pẽnis: unguibus hamus inest. Nocte uolant: pueroq; petunt nutricis egẽtes: Et uitiant cunis corpa rapta suis. Carpere dicũtur lactentia uiscera rostris. Et poto plenũ sanguine pectus hũt. Est illis Strigibus nomẽ: sed nois huius cã q̃ horrẽda stridet nocte solẽt. ¶ Colchos. a. i. hæ regiones sibi cõiunctæ sunt ĩ ponto puincia ad septẽtrionẽ. de qbus late Ptolo. li. v. in põto: aũt puẽtus ẽ maloq; graminũ. Hinc ægloga. viii. Maronis legit. Has herbas atq; hæc põto mihi lecta uenena ipse dedit mœris: nascunt plurima põto. ¶ Flãmis chol. q̃les medæa colchis tractauit. Epodo ét penultima idẽ Hora. de canidia iqt. Cales uenenis officina colchicis. ¶ Sagana: alterius ueneficæ nomẽ. ¶ Expedita: accicta. ¶ Auernales aq̃s: Cõtiguus baiis lucrino adest sinu: itra quẽ auernu ẽ: i auerno maiores nr̃i iqt Stra. li. v. hõerica defũctoq; uaticinia fuisse fabulis edidẽr. Est ãt Auernus: & fũdo: & ostio sinus cõmodus: & magnitudie: & natura portũ cõtinẽs. Super cilia q̃dã ardua auernũ undiq; circũcludũ t pter ostiũ. Str. tpe amœnis culta modis oli ãt agrestibus referta ne moribus: & pceris arboribus iuia: q̃ supstitiõe q̃dã umbris obscuq; sinũ reddebãt. Rumor erat idigenaq; supuolãtes aues q̃s teter exhalãs odor exãimaret ĩ ipas aq̃s decidẽr: sicut ĩ locis ad plutonẽ deferẽtibus: hãc ãt locoq; ptẽ plutõi dicatã opinabant: placatisq; prius p sacrificia diis mãibus illuc itrabant. aderat. n. q̃ talibus exponẽdis ductores eẽnt sacerdotes locoq; fructus pcipiẽres: fõs uero ibi fluuialibus scatẽs aqs excurrit: ĩ mar ab eius usu abstinebãt oẽs Stygias opinãtes eẽ aq̃s: eo ĩ loco cõstructũ erat oraculũ: ex aq̃rũq; feruore uicinaq; phlegetõtẽ eẽ cõiectura factitabãt: & ex acherusia palude iuxta misenũ: hæc ex Str. ¶ Auernales aq̃s: ĩ auerno defũctoq; uaticinia fiebãt: q̃ loci ps plutõi dicata existiabat. Maro quoq; de didõe ueneficia p amore parãte dixit li. iiii. æne. Sperat & latices simulatos fõtis auerni. Erat. n. ppe fons ĩ mare excurrẽs: a cuius usu abstinebãt oẽs: stigias opinãtes eẽ aq̃s: ut latius paulo supius dixius. ¶ Echinus: echini pisces sũt e cãcroq; gẽe: ĩ qbus spiæ p pedibus: ĩgredi ẽ iis orbẽ uolui: ora ĩ medio corpe ĩ terrã uersa. Pli. li. ix. id scri. Est ét terrestris echinus q erinaciũ alr dr̃. ¶ Abacta: remota a nulla cõscia. i. cognitiõe sui ipsius cordis. ¶ Veia: alterius ueneficæ nomẽ. ¶ Ligõibus: ligo rusticũ instrm ẽ. dr̃ ãt q̃ pp latitudinẽ sub terra facilius lædit. Vt Var. docet. ¶ Exauriebat: effodiebat euacuabat. ¶ Quo. p. ordo ẽ: quo loco puer ĩfossus posset emori ĩ lõgo spectaculo dapis mutatæ bis terq; die puero. n. antepõebãtur epulæ sæpius deide mutabant: ut spectãdo magis puer ipse affligeret esuriens: qd̃ ét porphyrionis est snia: & magis qdẽ cõueniens. q̃ alioq; quorundã opio. ¶ Quãtũ. ordo ẽ. tãtũ q̃tũ corpa suspẽsa ab aq̃ extant mento.

¶ ACR. Impube. c. aut delicatũ aut pulchr̃: qd̃ & crudelitatẽ potuisset flectẽr barbaroq;. Breuibus illigata uipis. tãq̃ ipa uenefica furiali hitu crines hẽt uipis ĩplicatos. ¶ Iubet sepulchris caprificos erutas: ligna ét ĩfœlicia: & sterilia e sepulchris collecta p̃parata significat tãq̃ sacris iferis pfutura. ¶ Cupssos funebres: ut ferales ante cupssos cõstituũt. ¶ Et uncta. t. o. r. i. nõ ranæ oua sed uncta ranæ languie. ¶ Rana. n. ifernũ: & uenenosum animal est: ut Iuue. Et stygio ranas ingurgite nigras. ¶ Turpis grandis: ut cui turpe caput. tales. n. ranæ uulgo rubetæ dicuntur: & magis uenenosæ sunt: de qbus ait Iuue. Ranaq; uiscera nunq̃ inspexi: & idem alibi. Miscet sitiente rubetã. Hærbasq; quas colchos aut hy. m. colchos ciuitas ponti est herbis ueneficis abundans: ut has herbas atq; hæc ponto mihi lecta uenena ipse dedit mœris: nascuntur plurima ponto. Nam & hic quidam uolunt hyberiam non hispaniam dictã: sed ponto ciuitate uicinam: unde & ferrugine clarus hibera. Et illic pro pontica. ¶ Et ossa ab ore rapta ieiunæ. c. ut Luc. morsusq; luporũ Expectat siccis. p. f. a. ¶ Flãmis aduri. c. q̃les medæa tractauit apud colchos de lignis infœcũdis. ¶ Expedita: succincta. ¶ Sagana nomẽ ueneficæ alterius. hæc fœneratoris cuiusdã uxor fuit. ¶ Spargens auer. a. ut supferat: & latices simulatos fontis auerni. ¶ Asperis: erectis ipso sacroq; furore: ut Luca. Erectis discisa comis. ¶ Currẽs. furẽs ut inhorruit armos. ¶ Abacta ueia nul. c. ueiam etiã aliam nomine uenefica sacrificio ipsi ait interfuisse: quã nonnullo scelere misceri commorat. ¶ Exhauriebat: apiebat: ut latus hausit aptum ut ĩfoderet puer. ¶ Ingemens. l. animo sitate opis laborantẽ significat. ¶ Quo. p. i. p. ut extante capite infossi dum diuersos cibos porrigant diu animam reseruaret.

¶ POR. Quale posset. i. m. t. p. ét thracũ. sic dr̃ illud apud Vir. qs talia fando Myrmidonũ dolopũue aut duri miles ulyssi: p ét Myridonũ dolopũue. ¶ Breuibus implicata. u. c. &. i. c. Furiali habitu eam descripsit: & breues uiperæ perpetuo ἐπιθετο dr̃: nam sunt nota aũt est figura elocutionis illigata crines: & illigata caput. ¶ Iubet sepulchris. c. e. nõ ide iubet: sed ex sepulchris notissimis erutas accipe: qm̃ iferna ac uenefica esse hæc sacrificia intelligi uult. Alia deniq; sunt: & quæ subiiciunt. Iubet cupssos funebres &c. ¶ Herbas quas colchos. urbs est thessaliæ. Thessalia autẽ uenenoq; ferax est. Hyberia aũt nunc quæ in ponto est intelligenda: porro ãt ut Vir. nascit plurimũ põto. ¶ Plumãq;. n. st. sic dicunt uulgo strigiæ: quia a nominatiuo strix non strigia: hæc ãt auis est nocturna mali omnis. ¶ Flãmis aduri. c. per uenefica accẽdisse uult: sed hoc propter Medæam dr̃ q colchis fuit. ¶ At expe. f. p. t. d. Saganã hãc ex cõsciis ac ministris ueneficii illius accipe. ¶ Expeditã: succinctã uidet dicere. ¶ Abacta ueia nulla cõscientia: ablatiui casus est: & ẽ sensus: ueia quæ nulla mala cõsciẽtia remota est. ¶ Longo die bis terq;. m. d. i. f. ut magis incitaret puer ait illi anteponi æpulas: & sæpe mutari. ¶ Exectati. m. &. a. i. nuncuidet causam tanti facinoris epitheris dolo malo conscitura: significat autem canidiam amoris potionem Varo p̃parare. infert. n. non usitatis Varo potionibus interminato.

¶ CHRI. Impube. Vt ipsa puerilis ætas ét thracũ crudelissimos animos posset mouere ad lachrymas. ¶ Illigata crines. Et incõptum caput. i. incõptos crines capitis. ¶ Breuibus: non longis. Vtebat igitur uiperis puicis. ¶ Caprificos: ficus sunt inter parietes: & saxa nascẽtes. ¶ Cupssos funebres: Nã ut supra diximus: funeri adhibebatur. ¶ Turpis ranæ. i. rubetæ. Iuue. ét de locusta uenefica dixit. Miscet sitiente rubeta. Ranarũ. n. aliæ minores sunt: & saltu ualent: & aquas amant: qbus impune uesci consueuimus. Aliæ aũt maiores: turpioresq; ac desidia graues: & apprime uenenosæ: & has rubetas appellant. ¶ Strigis nocturnæ: quæ nocturno tempore uolãt. Fabulant poetæ ex harpyis auibus natas eẽ stryges quæ mãmas hũt: & pueroq; sanguinem sugũt. Oui. Est illis strigibus nomẽ. Sed nois huius Causa: q̃ horrenda stridere nocte solent. Siue igit nascunt aues: seu carmine fiunt: Neniaq; in uolucres falsa figat anus. Tibul. Hanc uolitant animæ circũ sua fata quærẽtes. Semper & etectis strix uiolenta canat. Et Luca. Quod trepidus bubo quod strix nocturna quærũtur. ¶ Colchos. gens hæc in ponto scythiæ est: sed colonia est ægyptioq;. Vnde patrium morẽ. ut placet Diod. In circũcidẽdis pueris seruauit. His imperauit Oeta. cuius filia medæa maxima uenefica multis in ea regione herbis ad magicam exercendã ualentibus nobilitatẽ dedit. Vir. Has herbas atq; hæc põto mihi lecta uenena. ipse dedit mœris nascunt plurima põto iberia: nõ de hyspania intelligit: in qua iberos populos esse scimus: & olim uniuersam hispaniam iberiã esse appellatã. Sed sunt iberes iuxta albanos: & nõ procul a mõtibus colchicis: in quoq; regione ét ferruginea purpura tingebat. Vir. Ferrugine clarus ibera. ¶ Ieiunæ canis: q̃ creduntur auiditatem ad amorem traiferre. ¶ Colchicis: eo ritu paratis: quo apud colchos uenefícos parari solent. ¶ Sagana: nomen proprium est alterius ueneficæ. ¶ Auernales: petitos ex auerno lacu. Nã efficaciam ad has artes habere credebantur. Atq; illic necromãtiã exercebãt. Quapp & Didonem inducit Vir. has aquas quoniã deerãt uere simulare ut Sparserat & latices simulatos fontis auerni. ¶ Horret. Quia ĩ capite erigebant capilli. ¶ Echidnus marinus recte: nã & terrestre aĩal quẽ erinacium alio uocabulo appellamus. Echidnus dr̃. est. n. erinaceus spinis cõfertus: qbus in sphærã inclusus undiq; tegit. Sunt aũt illi miores spinæ q̃ histrici: sed eadẽ facie. Huic ergo similis est piscis marinus: & eodem mõ spinis munitus. ¶ Aut currens aper. Nã & illi durissimæ setæ ĩ dorso insurgunt. ¶ Veia: & hoc uenefica nomẽ ẽ: quã dicit nulla conscientia eẽ abactam. i. remotã a tanto scelere. Alii uolũt Abactã eẽ nomẽ mulieris & Veiã eẽ nomẽ patriũ. Exauriebat humũ quia fossam faciebat. ¶ Ingemẽs. quasi uehemẽter hanelãs. ¶ Quo possit. Volebãt itra fossã obruere pueroq; ad mẽtũ usq;. ¶ Immori: itus mori ¶ Lõgo. f. Snia ẽ: q̃ ipse uellẽt pducere uitã puero mẽto tenus ĩfosso ad lõgius spatiũ: Sed dixit spectaculũ ĩ muliebre iuidiã: q̃si q̃ ex illius miseriis uoluptatẽ capẽt. ¶ Mutatæ. d. dabãt uaria cibaria ut magica illa ars iubebat.

¶ ANT. Exerta uti. Veneficii cãm explicat: ut. f. ex pueri uisceribus amatorium poculũ facerẽt Pli. lib. xxviii. scri. nõ paucos græcos singuloq; uisceq; membrorũq; hominũ. f. ét sapores dixisse: alii aũt medullas crurũ q̃rebant: & cerebrũ infantiũ: mileus oculorum suffusiones felle hois senari docuit iecur: pueri. f. qd̃ aridũ appellat Hora. Iuue. uero saty. prima sic cũ ait. n. Quid referam quãta siccum iecur ardeat ira quod quidem p pter coleram ait quæ calida est & sicca. Colera autem ab iplo

Impube corpus quale posset impia
Mollire thracum pectora.
Canidia breuibus implicata uiperis
Crines & incomptum caput.
Iubet sepulchris caprificos erutas
Iubet cupressos funebres
Et uncta turpis oua ranæ languæ,
Plumamq; nocturnæ strigis.
Herbasq; quas colchos atq; iberia
Mittit uenenorum ferax.
Et ossa ab ore rapta ieiunæ canis
Flammis aduri colchicis.
At expedita sagana p totã domũ
Spargens auernales aquas
Horret capillis: ut marinus asperis
Echinus, aut currens aper.
Abacta nulla ueia conscientia
Ligonibus duris humum
Exhaueriebat ingemens laboribus
Quo posset infossus puer
Longo die bis terq; mutatæ dapis
Inemori spectaculo.
Cũ pmineret ore q̃tũ extant aqua
Suspensa mento corpora.

Exerta uti medulla & aridum iecur
Amoris esset poculum.
Interminato cum semel fixe cibo
Intabuissent pupulæ.
Non defuisse masculæ libidinis

epate ad fel trasmittit:ex qua ira mouet: hinc coleri ci facilius irascuntur ꝓpter humoris tenuitatē. ¶ Intermiato:senius ē q̃ ex pueri medulla:& iecore amoris poculum uolebant efficere:quū semel itabuissent pupulæ fixæ cibo interminato.i. quū iam moriturus esset. ¶ Interminato cibo.i.interdicto.non.n. fuerat terminatus i ore ipsius pueri. Sed tantū positus ante oculos: ut magis cruciaretur. hinc ait pupulæ fixo cibo: & hoc ostendit sensum illum Acronis & alterius non conuenire ibi longo die bis terq; &c. Vel ĩterminato.i. affixo:& ual de terminato:& per id immobili. ¶ Intabuissent.i.languissent. ¶ Pupulæ;paruæ oculorū imagines:quas physici dicūt ante triduum morituris nō apparere. Pli.etiam ait libro.vii.in oculorum: & nariū aspectu indubitata esse mortis signa. Celsus quoque lib.i.de indiciis mortis inter alia scribit esse oculos concauos:& si oculi lumen refugiunt: & illachrymant quæq; in his alba esse dñt rubescunt;atq;i iisdē uenulæ pallent pituitaq; in his ĩnatans nouissime angulis inhærescit &c. ¶ Foliā: hæc alia uenefica erat: ¶ Ariminensem:fuit ariminū umbrorū colonia sicut & Rhauēna uerū utraq; romāos accepit inqlinos: habet aūt ariminū portū:& eiusdē nois amnem:auctor est.Stra.li.v. ¶ Neapolis ociosa;innuit p̃dicta neapoli facta esse. Nā Gratidia neapolitana fuit;ut supius dictum est. Ociosa āt neapolis a poeta dr: qm̃ ut Stra; lib.v.edocet.habebat neapolis calidarū aquarū scaterbras & apparatissima balnea:inde plurimi e roma secessum faciebant aut qetis atq; ocii gratia: p̃sertim q eruditioni operā darent: aut remissoris uitæ desiderio:maxie quos senectꝰ affligebat uel aduersa ualitudo &c. ¶ Voce the.i.magica. Thessali.n. cātibus lunā cœlo ducere dicebant. hinc Tibullus elegia.viii.ait.

Ariminensem foliam
Et ociosa credidit neapolis
Et omne uicinum oppidum.
Quæ sydera excantata uoce thessala
Lunamq; cælo deripit
Hic irresectum sæua dente liuido
Canidia rodens pollicem.
Quid dixit.aut quid tacuit:o rebus meis
Non infideles arbitræ
Nox & diana quæ silentium regis
Arcana cum fiunt sacra.
Nunc nunc adeste.nunc in hostiles domos
Iram atq; numen uertite:
Formidolosis dum latent siluis feræ
Dulci sopore languidæ:
Senem quo omnes irrideant adulterum
Latrent suburanæ canes
Nardo perunctum:quale non perfectius
Meæ laborarunt manus.
Quid accidit? cur dira barbaræ minus
Venena medææ ualent?
Quibus superba fugit ulta pellicem
Magni creontis filiam?

Quem bis terq; bonū cum risu miror:& idē
Indignor.quādoq; bōus dormitat homerus.
Verum operi lōgo fas est obrepere somnum.
Vt pictura poesis erit:quæ si propius stes
Te capiat magis:& quædam si lōgius abstes.
Hæc amat obscuq; uolet hæc sub luce uideri
Iudicis argutū q̃ nō formidat acumē (bit.
Hæc placuit semel,hæc decies repetita place-

liqui & prodesset & delectaret:punctū aūt ideo q̃ antiqui suffragia non scribebant:sed puncto notabant. Hic meret æra liber:sensus:hunc bene uendet bibliothecæ.Antea sosii erant notissimi qui cōmerciū librorum faciebant.Quas aut incuria fudit:incuria est negligētia quæ curam nō habet.Sic mihi qui multū cessat fit cherilus ille poeta pessimus fuit Cherilus ille qui alexandrū secutus opera eius:descripsit.Huius oīno septē uersus ludebantur:ut alexāder dixisse fertur multū malle se therſitē homeri esse q̃ cherili achillem.¶ Vegē operi longo fas est obrepere somnū:sed excusationē inquit homerus meteri pōt si aliquid tāto opere non respondet magnitudini carminis sui.¶ Vt pictura poesis erit:non erit dissimilis poetica pictoræ. Nam quomodo in hac proprius quædam spectanda sunt quædam longius:ita poetices quædam statim aspicienda sunt quæ lucida erunt prope cognoscentur quæ uero obscura longius remotis

¶CHRI. Omne tulit punctū.Quoniā absolutissimus perfectissimusq; is est:q utile dulci admiscuit. Oē tulit punctū.Trāslatio a causis cētūuiralibus.Nā auditis partibus tabella circūferebatur iudicibus ac singuli punctū siue notā imprimebāt:qua aut dānarent aut absoluerent.Ergo qui oibus sententiis absoluebatur omne punctū tulisse dicebat.Capimus etiā punctū pro suffragio.Sic n.& Cicero in funda uia punctū pro suffragio posuit.Quicqd ꝑcipias:cum præcepta dederis:utere breuitate.Duplex.n.inde est cōmoditas. Nā & facilius intelligunt:& firmius memoria tenentur.¶ Dociles:quod est ingenii.¶ Fideles: quod est nemoriæ cuius est: ut quæ sibi mandant:fideliter conseruet.¶ Ficta uoluptas:præcepta dedit circa utile: nunc ꝑcipit de uoluptate:in qua admonet ut quæ uoluptatis gr̄a fingunt:uerisimilia sint.¶ Pranſæ lamiæ. Nā lestrigones in quibus erat lamia familia:carnibus humanis uesci dicebantur. Quis ergo crederet:ut ex uentre lamiæ possit educi puer uiuus quem ipsa uorasset in prandio.¶ Centuriæ.s.i.ipsi seniores q̃ sapientiores sunt.Nā populus diuisus est in centurias seniorū:& iuniorē.¶ Ramnes.Quasi nobiliores.Nā romulus equites romanos in tres centurias descripsit.¶ Titienses.a.T.tacio: qui cū illo pariter regnauit.Rānetes a Romulo.¶ Luceres.a lucomone etrusco:siue a luco in quo romulus & remus expositi sunt.¶ Expertia frugis.i.frugalitatis.i.modestiæ.Nā frugalitas uirtus est q̃ cauet ut in quacunq; uirtute modus seruetur.Hic ergo liber qui huiusmodi eloquentia ac prudētia scriptus est in tanta auctoritate est:ut ab oibus expectat & propterea meret.i.lucrat æra.i. pecuniā.¶ Sosiis.qui librarii cū essent multā:caperēt pecuniā ex hoc libro quē uenalē transcriberent.¶ Trāsit mare.qa petitur ab iis qui trās mare habitāt:& prorogat æuo scriptori.Nā causa est q̃ auctor libri fama ad longū æuū uiuat.¶ Sūt delicta:qm̃ nihil in humanis ē ab omni parte perfectum:is liber perfecti locū obtinebit i quo nō nisi mediocria quædā delicta ferūt.Nam & in musica uidemus q̃ chorda nō reddit semper sonū quem musici manus & mēs quærit.Nec sagitta ab arcu ꝑ sagittariū emissa semper destinatū locū ferit. Quaapp cū in carmine scripto plura erūt q̃ niteant patiar æquo aīo:si pauce adsint maculæ:q̃ siue scriptoris negligentia erunt in libro sparsæ:siue a defectu naturæ humanæ prouenerint.Sed si hic poeta sæpius admonitus alicuius uitii tamen in eo assidue peccat:ita caret uenia ut citharœdus:qui semper eadem corda peccat.Nam omnes illum rident.¶ Sic mihi qui multum ces. sententia est q̃ qui non paucis in locis peccant:sed in multis ita sunt ridendi ut Cherilus poeta. Qui cū in paucis locis admirandus sit:indignationē tandem excitat:cum in multis erret. Nam in paucis ferendus esset quando etiā tantus poeta homerus nonnunq̃ dormitet. idest nō appareat uigilātissimus.¶ Cherilus.Alexandrū magnum secutus eius bella descripsit sed ita inepte: ut ferant alexandrū dixisse se malle homeri thersitem esse q̃ cherili achillē.Addūt cum cherilo pactum ut pro bono uersu aureum impenderet nummū pro malo uero colaphū inferret.¶ Opere in longo.Non mirum ē:si qui magna uolumina scribunt:quandoq; in somnum incidant:idest deficiant a consueta uigilātia.¶ Vt.p.pictura perfecta quāto in maiori luce aspicitur & magis de propinquo: tanto magis placet. Quæ autem non ita perfecta est magis in obscuro probatur.Eadem ratio est in poesi.Quapropter quæ non reformidat iudicium acutissimi uiri semper placebit etiam si decies legatur.

¶ACR. Fingeris:formaris:erudiris.¶ Medium:non ex toto perfectum.¶ Certis rebus:ac si diceret nō oibus.i.paucis.i.recte conceditur quarundā rerum esse mediocritatem.ut si iuris peritus non fuerit aliqs quomodo casselius auctoratus.Quomodo messala:attamen ferendi sunt:si fuerint mediocres: qd̄ in poetis non idem est.¶ Non concessere.c.hyperbolicos ait: nec enim saxa concedunt aliquid poetis de mediocritate:Columnas:autem dicit ubi ponebant poetæ epithaphia.¶ Vt gratas inter mensas.Quemadmodū inter mensas indicandas offendit aut malus cantor aut malum unguētū:aut papauer cum amaro melle:cum poterat prandium confici sine his.Ita quod inuentum est propter amicos delectandos si paulum recesserit a perfectione nō placet sine quo poemate res hominum poterat explicari.¶ Symphōia: concentor:cantor.¶ Crassum:mali odoris:nam ut leuem odorem dicimus suauem :ita & crassū malum.¶ Sardo:sardiaco.¶ Papauer:autem poluit ꝑ placenta.¶ Sine istis: sine chordis symphonia & sine crasso unguento & papauere.¶ Iuuādis. delectādis.¶ Si paulum.s.d.Si modicum a perfectione recesserit fit poema pessimum. si exiguum recesserit a summitate uergit i uitium.¶ Vergit.perit.¶ Tro

O maior iuuenum:quamuis & uoce paterna
Fingeris ad rectum : & ꝑ te sapis hoc tibi dictū
Tolle memor:certis mediū & tolerabile rebus
Recte concedi:consultus iuris & actor
Causarum mediocris abest uirtute diserti
Messalæ:nescit quantum cassellius aulus?
Sed tamen in precio est, mediocribus eē poetis
Non homines : nō dii:non concessere colūnæ:
Vt gratas inter mensas symphonia discors.
Et crassum unguētū: & sardo cū melle papauer
Offendunt:poterat duci quia cœna sine istis,
Sic animis natū inuentumq; poema iuuandi
Si paulum summo decessit uergit ad imum.

chi. Quaternarii: nã trochos græci quaternarios uocãt: aut trochi. i. rothæ q̃ currẽdo pueri scutica regũt: ⁊ Ne spisse. r. t. i. c. ne rideat cætus spectãtiũ q in similitudine coronæ circundatur. ⁊ Quid ni. i. cur non audeant uersus fingere qui nesciũt qd restat nisi permutato ordine. ⁊ Ingenuus. quilibet liber a tributo persoluat summã nũmoꝝ equestrẽ. i. equestri ordini distribuatur. Nam consuetudo erat romanoꝝ: ut liberi tributa non soluerent. cæteri uero stipendia ad opus militũ soluebant. ⁊ Liber & inge. Cum stomacho pronũciandum q̃si antipophora. i. si homo bene natus est: licet uersus illi facere. Et est aliud liber: aliud ingenuus. ⁊ Præsertim. c. e. f. n. u. q. r. a. o. i. eo usq; ad subaudiendum est in censum equestrem receptus est: aut q sit ꝑ fessus se habere tantã pecuniã: quãtã deberet habere eques. Non enim licebat ante equitem romanum fieri nisi habuisset certam summam pecuniæ: hoc est quadringẽtorũ sesteriorũ. ⁊ Tu. n. i. a supioribus pendet. O piso nihil dicas aut facias inuita minerua. i. sapiẽtia inuita aũt minerua facimus: quod est stultitiæ est autem uerbum artificum inuita minerua: quia ipa minerua inter characteres poesis præest. ⁊ In. m. d. i. a. aut iudicio metii aut nostro uel patris laudentur aut culpentur. ⁊ Nonũq; p. in annũ. Si mala sunt carmia usq; ad nonũ annũ lateãt: & studiosius corrigant. ⁊ Missa. ꝑ emissa.

¶POR. Hoc. t. d. t. m. i. hoc uerbũ i mẽte habe. ⁊ Mediũ: & tollerabile rebus recte cõcedi q̃rũ dã reꝝ eẽ medietatẽ. ⁊ Cõsultus iuris & a. Cõsultus iuris aliqs. ⁊ Si nescit quãtũ. Cassellius Aulus iuriscõsultus tũc optius attamẽ põt eẽ mediocris. Nec sigs orator idẽ põt qd Messalla: sciat attamẽ nõ esse nõ cõtemnẽdũ. ⁊ Et Sardo. c. m. p. Corsicum & sardũ mel pessimi saporis est. ⁊ Metii iudicis: Metius per diligens carminum fuit estimator. ⁊ Nonumq; præmatur in annũ: exẽplo Cine poterit uti ut carmẽ suũ si malũ est nouem annis dissimuler.

¶CHRI. O maior iuuenũ. Præceptũ maximũ datur9 attẽtionẽ ex apostrophe ad maiorẽ pisonẽ captat. Est ãt huiusmodi snia q̃ q̃dã doctrinæ atq; artes ẽt si ad mediũ uentũ est & nõ ad supremũ laudẽ merent: nã aliqs iuriscõsultus mediocris i præcio est: ẽt si lõge absit a uirtute Messallæ aut Cassellii: q optimi fuerũt iuriscõsulti. Sed poetæ longe alia rõ est: nã nisi pfectus sit: a nemine ꝓbat. Rõ aũt est q̃ ea q̃ pp utilitatẽ expetuntur: ut sũt patrocinia iuriscõsultoꝝ: sat ẽ tantũ posse: ut ide q̃sita uoluptas ꝓueniat. Quæ ãt q̃runt pp uoluptatẽ: ut poesis est & musica: & q̃ iis similia sũt. nisi totã uoluptatẽ expleãt: nũq placẽt. lgit aut nullus erit poeta aut absolutissimus erit. Nã mediocritas illis nõ cõcedit. ⁊ Vt gratas: quẽadmodũ iter epulas neq; symphõia: neq; unguẽtũ placet nisi pfectũ qa hæc nõ sunt necessaria ad famẽ sedãdã: sed pp solã uoluptatẽ reqrunt. Sic uersus qm̃ pp uoluptatẽ expetunt nõ placẽt nisi pfecti. Quapp neq; ipe colũnæ. i. loca in qbus recitant nõ admittũt mediocres poetas. Posuit aũt cõtinẽs ꝑ cõtẽto: ut ẽt ipi uulgares indocti q; hoies q ad ludos ueniũt malos uersus explodãt. ⁊ Sardo melle. amariori melle: nã sardinia corsicaq; pp copiã taxi arboris: cuius flore depastæ apes mella amara conficiũt detestabiles in hac re sunt Vir. Sic tua cyrneas fugiãt examina taxos. ⁊ Iuuãdis sua. s. uoluptate: pp hoc si summũ nõ attingit infimũ dici põt. Ergo mediocres poetæ q̃doq dẽ mediocres in numero maloꝝ sunt. ⁊ Ludere quẽadmodũ ii q ludũt: uel armis: uel pila: uel disco: uel trocho: de qbus oibus iã dictũ est & nõ recte id faciũt ab oibus rident qa & ii ludi minime necessarii sunt. Sic & poetæ q nesciẽtes audẽt fingere uersus. Trochos græci ẽt q̃ternarios appellãt sed hic melius deludo dr. Sed tu piso q es ingenio nõ seruili: sed liberali & ĩgenuo & ĩ aliquo gradu ciuitatis: & es cẽsus sũmã eqstrẽ de q̃ dictũ est ꝓterea tares uitio hic ꝑfecto neq; uersus facere: neq; qcq̃ aliud tẽtabis iuita minerua. i. repugnãte natura. Sed tũ ũ qd unq̃ scripseris: reqres in eo metii patrisq; tui: iudiciũ. ⁊ Et ꝓmat: q̃si domi cõtineat. ⁊ Delere: rõ q̃re ad nonũ usq; annũ ĩcludat: nã anteq̃ ĩ alioꝝ manus uenerit: poterit emẽdare aut delere. ⁊ Nescit uox sed si iã fuerit recitatus aut editus liber non poterit ad te redire.

¶ACR. Siluestres: siluas habitantes. ⁊ Cedibus & uictu fœdo: qa interficiebãt bestias & mãducabãt: ipse eos fecit cõgregari simulq; habitare. ⁊ Et amphyon the. c. ur. cadmus thebas cõstituit eas muro cinxit amphion. ⁊ Fuit hæc sapia quõdã: olim poetæ sapiam & eruditionẽ ĩcultoꝝ hoiu; phibebãt. i. aliqñ fuit hæc sapia ĩ poetis: ut doceret quõ uiuẽdũ sit priuatim uel publice. ⁊ Vago: meretricio dicit quõ poetæ docẽdo carminibus suis hoium q mõ feraꝝ uiuebãt mitigassent aios. ⁊ Sic. i. pp sapiam. ⁊ Diuinis. u. sacerdotibus adæq̃uit poetas hoc ẽt maro. Quiq; sacerdotes castũ uita manebat. Quiq; pii uates & phœbo digna locuti. ⁊ Dyrceusq; mares aios ĩ martia bel. u. exacuit lacedœmõiis diu aduersum atheniẽses certãtib9 oracula respõderũt nõ aliter uictoriã posse habere nisi atheniẽsem ducẽ habuissent. Missis legatis q hoc ab athe-

Siluestres homines sacer interpresq; deorum
Cædibus & uictu fœdo deterruit orpheus.
Dictus ob hoc lenire tygres: rapidosq; leões:
Dictus & amphion thebanæ conditor urbis
Sexa mouere sono testudinis. & præce blãda
Ducere quo uellet: fuit hæc sapiẽtia quondã
Publica priuatis secernere. sacra profanis.
Cõcubitu prohibere uago. dare iuga maritis.
Oppida moliri. leges incidere ligno.
Sic honor & nomen diuinis uatibus: atq;
Carminibus uenit. post hos ĩsignis homerus

Dircæusq; mares animos in martia bella
Versibus exacuit. dictæ per carmina sortes
Et uitæ monstrata uia est. & gratia regum
Pyeriis tentata modis: ludusq; repertus.
Et longorum operum finis. ne forte pudori
Sit tibi musa lyra sollers & cantor appollo:
Natura fieret laudabile carmen. an arte
Quæsitũ ẽ: ego nec studium sine diuite uena

nientibus postularẽt: Athenienses in contumeliam ipsis Dyrcæum quendam claudum dederunt dicentes iuxta ignauiã ipsorum hunc eis ducẽ posse sufficere. Sic oracula quæ promiserunt non frustrata sunt. Nã Dyrcæus licet corpore esset debilis: scripsit tamẽ carmen heroicum: quo accensi lacædemonii in aciẽ processerunt sicq; cõsecuti sunt uictoriã. Itẽ Dyrcæus fuit genere atheniensis poeta omni deformis parte membrorum. Is primus tubam inuenit: quo etiam lacædemonii usi duce uicerũt messenios. Nam cum diuturno tempore inter lacedæmonios & messenios bellum traheret consuluerũt lacedæmonii Apollinem. Quibus responsum est non aliter eos posse uincere nisi cum duce atheniensi pugnarent. Quibus athenienses Dyrcæum dederunt: & ita lacedæmonii uicerunt. Cum hostes nouus tubæ sonitus terruisset. ⁊ Sortes: respõsa apollinis. ⁊ Via: rõ hoc est etiam phia mõstrata ẽ uersibus. ⁊ Et. g. r. Carminibus sunt descripti reges: carmina meruerunt amicitias regum: & longorum opeꝝ finis: hoc est ut carmẽ libenter operarent & cum declinatione opus ad finẽ perducerent. ⁊ Finis: laudatio. ⁊ Ne. f. p. sit tibi: ideo iquit enumeraui hæc ne erubescas referri in numerũ poetarum. i. ideo dixi multa cõmoda nasci de carmine: ne forte o piso poema sordidũ uideatur. ⁊ Solers. aũt proprie dicitur qui habet peritiam rerum difficilium. ⁊ Cantor. a. iuentor citharæ q præest musis. ⁊ Natura fie. l. c. a. a. quæsitũ est. Multi quærũt utrum poeta nascatur an fiat. Ego utrunq; dico habere poetam debere. i. artem & ingenium. ⁊ Sine diuite. u. hoc est sine ingenio bono & sine natura.

¶POR. Siluestres. h. f. i. d. cædibus & uictu fœdo deterruit orpheus. Orpheus primũ poeticã illustrauit ex hoc dicitur lenisse tygres & leones: qui & efferatos hominum animos placuerit carmine. ⁊ Leges ĩcidere ligno. æreis enim tabulis antiqui non sunt usi sed roboreis has incidebant leges: unde adhuc athenis legum tabulæ axones uocantur. ⁊ Dyrcæus: fuit hic genere atheniẽsis poeta. omni parte membrorum deformis primus hic tubæ moderationes dedit ex haccã. Nam cum lacedæmonii bellum aduersum messenios gererẽt: diuq; traherent dubium martis euentum responsum acceperunt ab appolline si uellent uincere atheniensi duce uterentur a quibus rogati athenienses miserunt. Dyrceum claudum & luscum quem deformem crederẽt usi sunt auxilio eius lacedæmonii. quibus ille cantum monstrauit tubarum quarum in auditu triti sono. Messenii fugerunt adeptiq; sunt uictoriam lacones. Dictæ per carmina sortes: per uersus exametros reddidit responsa Phœmone Pyrrhocho poetæ perenti. Aio te eacida Romanos uincere posse. Et uitæ monstrata uia est. sententiis sapientum quibus instructa uita est.

¶CHRI. Siluestres homines. Ostendit orphei & amphionis exemplo q̃tũ utilitatis ad humanã societatẽ conseruandã q̃ndoq; attulerit poetæ boni: sed fabulam & allegoriam istorũ alibi expressimus. ⁊ Fuit hæc sapientia. Quia poetæ hoc genere sapientiæ hoibus profuerunt admonentes quæ a poeta ponuntur. Quæ etiã cicero in rhetoricis contra hermagoram ostendit. ⁊ Incidere ligno: nam a principio in tabulis scribebantur leges. Atq; hac sapia poetæ tales honores meruerunt ut pro diis sint habiti. ⁊ Diuinos aũt appellauit: qa ut iam dictum est: idem erant poetæ & theologi: unde & Vir. Quiq; pii uates: & phœbo digna locuti. Nã Linus Orpheus & museus diuina scripserunt. ⁊ Sequentibus inde temporibus. Homerus heroica trastauit: & bella descripsit. ⁊ Dyrcæusq; in. thebanus: & pindarũ intelligit de quo supra Multa dyrceum leuat aure cygnũ. ⁊ Dictæ per car. sor. i. oracula qnæ carminibus data sunt. ⁊ Et uitæ mon. Quia multa quæ ad uitã & mores emẽdãdos pertinẽt a poetis scripta sunt. ⁊ Et gratia regũ. Quoniam illorum facta descripta sunt. ⁊ Pyeriis modis. i. modulationibus: & exprimit uersus lyricos: quibus multi sint reges laudati. ⁊ Ludusq; reper. Nã in ludis comœdiæ & aliæ fabulæ adhibebant. ⁊ Natura fieret. i. Cũ sit diuturna disputatio natura ne an artificio bonus poeta efficiatur: ita rem diiudicat poeta ut utraq; re opus sit cum neq; studium ꝑsit: nisi a natura sortiamur copiosam dicendi uenam: neq; rursus uena sine arte.

Nec rude q̃d ꝑsit uideo ingeniũ: alterius sic
Altera poscit opem res. & coniurat amice.
Qui studet optatam cursu. contingere metã
Multa tulit fecitq; puer. sudauit. & alsit.
Abstinuit uenere & baccho qui pythia cãtat.
Tibicẽ didicit prius. extimuitq; magistrum.
Nũc satis est dixisse ego mira poemata pãgo.
Occupet extremũ scabies: mihi turpe reliq ẽ:
Et quod non didici sane nescire fateri:
Vt præco ad merces turbã qui cogit emẽdas:
Assentatores iubet ad lucrum ire poeta
Diues agris diues positis in fœnore nummis.
Si uero est unctum qui recte ponere possit:

¶ACR. Rude stultum. sine studio & imperitum. ⁊ Alterius sic al. ut illud Salustianum. Alter alterius auxilii eget. ⁊ Coniurat amice. conuenit amicabiliter. ⁊ Qui studet optatam: qui studet ad gloriam uenire multa debet perferre. idest sudare: agere: uigilare: abstinere a uenere. ⁊ Cursu: labore & opere. cursu q primus uult esse. ⁊ Sudauit: per æstatem. s. ⁊ Alsit: ꝑ hyemem frigus sustinuit. ⁊ Pythia cantat. i. pythonẽ compositum ab appolline. ⁊ Nunc satis est dixisse ego mira. p. p. in hac copia imperitorum sufficit alicui sese iactare & dicere optimus poeta sum: cum non sim. ⁊ Pãgo: compono. idest ego possum mira poemata componere. hoc dicit malus poeta. ⁊ Occupet extremum scabies: ille patiatur scabiem qui extremus componet uersus metaphoricos ãt locutus est a ludo puerorum. Ita. n. pueri currentes aiunt occupet scabies in extremo remanentem. idest ego poeta sum: habeat scabiem qui

non est poeta: hoc ergo ex persona illorum dixit qui dicendo carmina scimus facere: nihil sciunt: uolunt tamen se extimari poetas. ¶ Mihi turpe relinqui est. Turpe mihi est: ut ultimus faciam carmina. ¶ Sa.n.f. ordo est. Mihi sane turpe est fateri nescire. ¶ Vt præco ad merces turbam.q.c.e. Quemadmodum præco uoce hortatur populum accedere ad emẽdas merces proscriptas. Ita & poeta diues hortatur assentari sibi in carmine per dona multos. ¶ Assentatores: blandos: falsos auditores. ¶ Diues agris: diues positis in fœ.n.qui multos agros & multos nummos habet positos in fœnore. ¶ Si uero est unctũ qui recte pon.p.i. qui bene pascat. Vnctum autem lautum conuiuium. Vnde in alio loco acce.sic.ad und. Per si. Calidum sis ponere sumen. unctum recte appellat pulmentarium bene coctum & est satyrice dictum. Si uero sit poeta q bene pascat: hoc est si habet eum qui cœnam præparet: bene mirabor si istiusmodi homo possit falsum amicum a uero discernere. Nam cum falsus amicus eodem modo eum laudet & uerus non poterit largus poeta inter bonos malosq; habere iudicium. ¶ Spondere: interuenire & fidem dicere. ¶ Leui: tenui & egenti uel uili. ¶ Tu seu donaris. f.q.d.u.c. No.ad.u.t.f.d.p.l.o piso seu donasti alicui seu donaturus es: hoc auditore carminum tuorum ne utaris ut pro donis lætetur nolito præcio aliquem laudatorem tuis uersibus locare: ne tuo munere lætus fictas tibi laudes persoluat. ¶ Pulchre bene. r. esse compositos uersus. ¶ Pallescet: pallidus fiet cum cœperit te falsum laudere: quasi præ nimia admiratiõe. ¶ Super his. i. sup hæc quæ dixit bene pulchre. ¶ Stillabit. a.e.o.r. ficte laudando & præ gaudio flendo. ¶ Amicis. i. assentatoribus. ¶ Vt qui con.p.in.f. hocẽ qui conducuntur ad funera sicut grauiora faciunt uere dolentibus: ita & assentatores plus laudant quam amicus uerus. Item antiqui præficas dicebãt mulieres quæ mortuos alienos condũctæ plorabant: q; fit in quibusdam prouinciis a quo beneficiis redimitur.

¶ POR. Occupet extremum scabies. hoc ex lusu puerorum sustulit qui ludẽtes solent dicere. Quisqs ad me nouissimus uenerit habeat scabiem. ¶ Si uero ẽ unctum qui recte ponere possit: hoc est si habeas eum qui cœnã ꝓparet. ¶ Vt qui cõducti plorant in funere dicunt: alexandriæ obolis cõducunt qui mortuos fleant & hoc tã ualde faciũt: ut ab ignorãtibus illorum fuisse credantur: qui efferuntur. Hi ergo uocant threnodæ.

¶ CHRI. Qui studet. Aureum ꝑceptum esse subeundos labores: & abstinendũ a uoluptatibus si diuinitatem poesis assequi cupimus. ¶ Qui pythia. Aliud præceptum: ut ita studiis insudemus: ut præceptores nõ dignemur habere. Pythia hymni erãt in honorem appollinis. Nec laborandum est: ut plura q̃ alii scribamus sed ut meliora. ¶ Occupet: prouerbium puerorũ: qui in principio cursus clamabant. Occupet extremum scabies. Nec debemus putare nobis turpe relinqui. i. q; alii nos prætereant plura scribendo. Nec etiam putare turpe esse fateri nescire quod nescimus. ¶ Vt præco: uituperat poetas: qui recitaturi disponunt inter auditores qui carmina illorum laudent. Quod si possit ponere unctum. i. parare conuiuium: aut fide iubere pro paupere aut explicare impeditum litibus: tunc tot sibi aderunt adulatores: ut nescias discernere mendacẽ. i. eum qui per adulationem laudet nõ laudanda a uero amico. i. ab eo qui laudet. quia putet laudanda. ¶ Tu seu. sed tu piso si forte etiam liberalitatis causa dõaueris: siue donare uolueris fuge eos tibi auditores adhibere: nam munere deliniti sunt facti aduersi. i. inimici. i. adulatores nam adulatore nihil est pernitiosius: nam non animo sed ex adulatione loquẽs & laudans quæ uituperanda sunt: in summos errores credulum inducunt. ¶ Recte & bene. & pulchre. Cũ unum satis superq; fuisset. ¶ Pallescet. Ex stupore quem simulabit immo etiam lachrymas ui exprimet ut uideat lachrymare præ gaudio. ¶ Stillabit rorem. Nam cum coactus lachrymet non manabunt affatim. ¶ Tundet pede terrã. Vt ostendat uehementer admirari. ¶ Vt qui conducti: Mos erat apud antiquos conducere mulieres in ea re exercitatas: quæ mercede accepta funera lugerent. Ergo quemadmodum illæ magis plorabant q̃q ex animo plorarent: sic adultor quem iure derisorem appellat: plus mouetur uero laudatore.

¶ ACR. Reges dicunt multis urgeri culullis. Reges in. quos uolunt recipere in amicitiam multo mero iebriant tentantes an per potum quæ habẽt secreta prodant. Docet autem hoc loco multa cura & studio ascisce dos amicos esse. ¶ Culullis: idest calicibus: & ẽ diminutiuum a culeo: ut alibi. ipse diues & aureis mercator exiccet culullis uina syra repata merce. ¶ Et torquere mero. idest trahere ad cõfessionem. idest uino explorare ingenia dignoq; amicorum. ¶ Perspexisse: præuidere. ¶ Condes: compones: ut respõdere paras: seu condis amabile carmen. ¶ Nunquã te fallant animi sub uulpe latentes. Ingeniosi hoies laudant mala carmina: inde ut te fallant astutia animi: & qui cũ sint uafri & subdoli innocentem præferunt uultum:

Et spondere leui pro paupere: & eripere atris
Litibus implicitum: mirabor si sciet inter
Noscere mendacem uerumq; beatus amicũ.
Tu seu donaris: seu quid donare uelis cui.
Nolito aduersus tibi factos ducere plenum
Letitiæ. clamabit enim pulchre: bene: recte.
Pallescet super his etiam stillabit amicis
Ex oculis rorem: saliet: tundet pede terram.
Vt qui conducti plorant in funere: dicunt:
Et faciũt prope plura dolẽtibus ex animo: sic
Derisor uero plus laudatore mouetur.

Reges dicuntur multis urgere culullis
Et torquere mero quem perspexisse laberãt:
An sit amicitia dignus: si carmina condes:
Nunq̃ te fallant animi sub uulpe latentes.
Quintilio siquid recitares: corrige sodes:
Hoc aiebat & hoc. melius te posse negares:
Bis terq; expertũ frustra delere iubebat.
Et male tornatos incudi reddere uersus.
Si defendere delictum q̃ uertere malles:
Nullũ ultra uerbũ aut opam sumebat inanẽ.

Quin sine riuali teq; & tua solus amares.
Vir bonus & prudẽs uersus reprẽdet inertes.
Culpabit duros: incomptis allinet atrum
Transuerso calamo signũ. ambitiosa recidet
Ornamẽta. parum claris lucẽ dare coget.
Arguet ambigue dictum. mutanda notabit.
Fiet aristarchus. nec dicet cur ego amicum
Offendam in nugis: hæ nugæ seria ducent
In mala derisum semel exceptumq; sinistræ.
Vt mala quẽ scabies: aut morbꝰ regius urget:
Aut fanaticus error: & iracunda diana
Vesanum tetigisse timẽt: fugiuntq; poetam
Qui sapiunt. agitãt pueri incautiq; sequunt.
Hic dum sublimis uersus ructatur: & errat.
Sic ueluti merulis intentus decidit auceps
In puteum foueamq: licet succurrite longũ
Clamet io ciues: non sit qui tollere curet.

quasi uulpes in æsopi fabula cõtra coruos. ¶ Sub uulpe. sub imposturis adulãtium sub dolo: uulpes enim dolosum animal est ut in æsopi fabula: sic & q uersus facit ex fictiõe facile adulantiũ põt subdolos animos ꝑuidere. ¶ Quintilio siqd recitares. hic Quintilius eras Vario poeta cremonẽsis amico Vir. Hoc aiebat & hoc maledictũ dicebat malo poetæ: ut corrigeret malos uersus. ¶ Melius te posse negares: deest si. i. si negasses te meliora carmia posse facẽ. ¶ Iubebat: ut dẽuo uersus corrigerent quẽadmodũ ferramẽtũ male ductũ reddit icudi & bene: ibi format. ¶ Male tornatos: male cõpositos. ¶ Vertere. corrigere. mutare. ¶ Qui sine riuali teq; & tua solus amares: sine riuali amant carmina qñ ab eo solo amãt q facit ea. Riualẽ ãt ꝑ æmulo posuit. Riuales enim sunt alterius meretricis amatores: hoc tractum. est ab antiquis. Riuales. n. dicebant qui in agris riuũ haberẽt cõem: & propter eum sæpe discreparẽt. ¶ Inertes. sine grauitate factos. ¶ Duros. male sonãtes. ¶ Incomptis. i. non bene sonantibus: non bene currẽtibus sine œconomia scriptis. ¶ Allinet. i. apponet. ¶ Signum: notã culpæ significat: nã notũ uersum male formatum dicimus. ¶ Transuerso. calamo. Transuersim ducta pẽna uitia carminũ maculabis. ¶ Ambitiosa. superflua. ¶ Arguet ambigue di. amphibologias uituperabit. ¶ Mutãda notabit: designabit certa faciet: quæ mutari debẽt. ¶ Fiet aristarchus. nomen græci grãmatici q Homeri carmina adnotauit: ille ergo iudex etiam optimi poetæ fiet q; aristarchus Homerũ emendans: hoc signo notauit uersus quos iudicauit Homeri non esse. ¶ Nec dicet cur. ego amicum offendam in nugis. Sicut multi dicunt cur ego debeo corrigere amicum in suo errore.

¶ POR. Reges dicuntur multis urgere culullis. Reges enim quos uolunt recipere i amicitiam multo mero inebriant: temptantes an per potionem quæ habeant secreta prodant. ¶ Et torquere mero: hoc est protrahere ad confessionem. ¶ Animi sub uulpe latentes. Senatores & Mydronas appellamus qui benigne irrident. ¶ Quintilio si quid recitares. Hic erat quintilius Varius Cremonensis amicus Virgili. eques Roma. & male tornatos incudi reddere uer. Hoc est denuo uersus scribere quomodo ferramentum male formatum reddi tur incudi: ut ibi formetur. ¶ Quin sine riuali: æmulum riualem dixit. ¶ Incomptis allinet atrum transuerso calamo signum: significat ac notat uersum male formatum. ¶ Fiet aristarchus. Hic Homeri carmina adnotauit: ille ergo iudex & optimi poetæ Aristarchus fiet.

¶ CHRI. Reges: Vtile præceptũ. Est autẽ sniã: q; quẽadmodum uidemus magnos uiros q; ãtea q̃ hominẽ in amicitiam recipiant, illius animi secreta nosse tentant & multo uino aggrediuntur: qa bene poti simplicius mentem suam promũt. Sic & nos conabimur ueram sniam elicere: cum nos laudãt. ¶ Quod si faciemus: nũq̃ nos fallent animi latentes sub uulpe: idest nunq̃ fallent animi: qui calliditate uulpina se tegunt. ¶ Quintilio. demonstrat quale sit consilium ueri amici exemplo quintili uari poetæ Cremonensis: & Maroni amici: qui iudex ad poema adhibitus aperte qd corrigẽdũ putaret denũciabat. ¶ Quod si bis terq; frustra expertus te melius facere posse negares: iubebat tale poema deleri. ¶ Tornatos rotondos. i. pfectos: nam quæ torno fiunt rotunda fiunt. ¶ Reddere incudi: idest denuo fabricate. Translatio a fabro: cui cũ forma quam parat non successerit rursum in rudem massam redacta materia ex integro opus inchoat. ¶ Si defendere. est peruicax ingenium in nonnullis. qui q̃uis erraſſe doceant omne acumen ad id cõuertunt: ut potius errata defendere nitant q̃ corrigere. Ergo quintilius hos dimittebat: neq; deiceps ulterius monebat. ¶ Sine riuali. Riuales ii dicuntur quorum agri eodem riuo discernuntur: de quo sibi uendicando sæpe contẽdunt & per translationem appellantur riuales qui eandem mulierem amant. sed ad interpretationem huius loci amat aliquis sua scripta sine riuali cum illa a nullo alio ament. ¶ Vir bo. ostendit consilium prouenire oportere ab eo q prudentia possit errata cognoscere: & probitate uelit tibi ostendere. Huiuscemodi igit uir reprehendet uersus inertes. i. negligẽter scriptos: & q scriptoris iertiã idicẽt. ¶ Incõptis: q cõuenicti ornatu carẽt. ¶ Allinet. linẽdo ꝑponet atrũ signũ. Nã lineis ex atramẽto cãcellatim ductis locũ delendum significat. ¶ Ambitiosa. quasi modum excedentia. Translatio ab ambitiosis qui sibi plus quam oporteat honoris petunt. ¶ Fiet aristarchus. Vtetur eadem seueritate qua usus est grammaticus aristarchus: qui & homerica carmina notare ausus est: dicitans nõ eẽ homerica carmia: q̃ nõ eẽnt ꝓbãda: neq; imitabitur illos: qui dicũt nolo offendere amicũ in nugis.

¶ ACR. In mala seria: in malas necessitates: si non fuerit emẽdatus irrisio laudati in aliis maioribus ipsum docebit errare. ¶ Sinistre. contrarie. quia ut superius dixit nescit uox missa reuerti. Et ideo postquã mali poetæ carmina publicant contraria ab omnibus excipiuntur & irrecuperabiliter deridẽt sicut scabies & regius morbus: cæterique morbi quos ipse dicit sunt incurabiles adeo: ut uix aut nunq̃ possint curari. ¶ Regius: quem quidam demoniacum alii comitabilem: alii arquatum uocant: quem: græci icteron dicunt. quibus oculis uiridescunt. ¶ Aut fanaticus error: fanaticũ errorẽ pati dicunt qa fanis. pcutiunt. i.

qui lymphatico agitanť.⁋ Iracunda.læsione.offensa.
⁋ Agitant.plequunť.Nam pueri prætereũtibus illudere soliti:quos insectanť in demẽtiam compellunt.
⁋ Incauti.qa possũt ludi ab isano poeta.⁋ Eructať.peructat:ut Et iam nox humida cœlo ꝓcipitat.⁋ Sic ueluti merulis itẽtus decidit.a.Sẽtus ẽ.Nec semel insanos uersus faciet nec carebit cupiditate tanq̃ assidue in foueã cadat.⁋ Dũ cupit empedocles. Empedocles fuit agrigentinus pythagoricus:qui se in flãmas ætne montis iniecit imortalitatẽ affectãs.qd' eius crepidulæ ꝓdiderunt.quas flãma eructauit:æreis enim usus fuerat.⁋ Empedocles unũ dicebat ĩgenia frigido circa ꝑcordia sanguine ĩpediri idẽ sisẽ.⁋ Nec satis appet. eũ uersus.Nescit pœna pp q̃ facit uersus malos insanus poeta:an quia læserit bidental.an qa uiolauerit. pris sepulchrũ.⁋ Bidẽtal.locus fulminis.⁋ Triste.ãt ꝓ pp lapsum fulmẽ cõstituit & est bidental a bidẽtibus dictũ:nã reliqas fulminis põtifices cũ sacrificio sepeliebant.⁋ Mouerit incæ.incæstus dicitur hõ pollutus;qui flagitium commiserit aut in sororẽ:aut i sacerdotẽ aut in affinem.⁋ Clatros oppositiones ostiorũ:
⁋ Indoctũ doctumq;.f.i.oibus dicit.audite me : cum ab omnibus fugiať.⁋ Non missura cum comprehenderit corpus.⁋ Hirudo.sanguisuga:alii sanguisugam & alii sanguisugiã dixerunt distat autem inter harundinem hirundinem:& hirudinem:harundo canna est.Hirundo auicula.hirudo sanguisuga.

Si curet quis opẽ ferre.& demittere funem
Quis scis an prudẽs huc se deiecerit:atq;
Seruari nolit.dicam:siculiq; poetæ
Narrabo interitum.deus immortalis haberi
Dum cupit empedocles:ardẽtẽ frigidus ætnã
Insiluit:sit ius.liceatq; perire poetis.
Inuitum qui seruat.idem facit occidenti
Nec semel hoc fecit.nec si retractus erit.iam
Fiet homo.& ponet famosæ mortis amorem.
Nec satis apparet cum uersus factitet.utrum
Minxerit in patrios cineres.an triste bidẽtal
Mouerit incestus.certe furit.ac uelut ursus
Obiectos caueæ ualuit si frangere clatros:
Indoctũ doctũq; fugat recitabor acerbus.
Quẽ uero arripuit:tenet occiditq; legẽdo
Non missura cutẽ nisi plena cruoris hirudo.

¶Q.Horatii Flacci artis poeticæ. Finis.

¶POR. Aut fanaticus.idest qui lymphatico agitať.⁋ Agitant pueri incautiq; sequuntur.Nam pueri prætereuntibus illudere solent:& quos isectantur in dementiam compellunt.Hic dũ sublimis uersus ructatur & errat ructatur pro ructat.Antiqui & ructo & ructor dixerunt.hic genere patiendi extulit ructatur:ut uenatur lauatur.⁋ Siculiq; poetæ narrabo interitum.Empedocles fuit agrigentinus physicus quise in crateram præcipitem dedit ætnæ:immortalitatem affectans.⁋ Ardentem frigidus ætnam insiluit. Dum se credit ex opinione hominum collecturum diuinitatem.si nunq̃ comparuisset.⁋ An triste bidental.id quod iouis fulmine percussum est bidental appellatur hoc expiari non potest.Sunt autem qui putant ab agna dictum bidental.⁋ Hirudo.hæc sanguisuga appellatur.

¶CHRI. Scabies quia scabrum.i.asperum corpus facit & forte lepram itelligit.⁋ Morbus regius.Sunt qui uelint iccirco hũc morbum regium dici:quia præcipuũ illi remedium fit mulsum expræciosissimo uino.Fanaticus:qui alicuius numinis furore uexať isti & lymphatici & ceriti dicuntur.Vnde adiungit iracunda diana:quasi quæ propter iram tali furore uexet.⁋ Sic ueluti merulis.merula auis dicta ꝓ mera.i.sola uolet dũ nimis intenti sunt recitationibus: incidunt in odium ex tedio quod inferunt:ut euenit aucupi:qui cum nimis intente suspensis oculis fectãtur aues in foueam incidũt.Cum ergo in hanc fossam odii sæpius incidunt poetæ euenit ut qui a principio miserti illorum errorum succurrere nitebanť:putantes eos imprudẽtia labi: demum aduertentes ꝓ de industria errant:neq; miserenť:neq; opem ferunt.Nam siquis auceps sæpius in fossam incidisset:q̃uis clamet succurrite:nemo subuenit:& siquis subuenturus funẽ cui ille hærens trahatur.demittere uelit:prohibetur ab aliis:exorta iam suspitione:ne prudens ceciderit.Siculi poetæ.Empedocles siculus ex agrigẽto fuit:patrem habuit Metonem:auum Empedoclem poeta: & philosophus pythagoricus fuit uir multis rebus mirabilis.Huius mors dubie a scriptoribus prodiť.Pleriq; tamen asserunt illum in peloponenso diem obiisse.Hermippus autem scribit ꝓ cum panthiam agrigentinam mulierem ab omnibus medicis desperatam curasset:isq; ex ea re immortalis haberetur:ut immortalitatis fidem faceret:ætnam ascendit: & in crateres ignis se coniecit:sicq; consumptus est.Quod exploratum est:ꝓ ardẽte illo in ignea cauerna:una ex crepidis:quibus æneis utebať:ui ignis extra cauernam eiecta indicium fecit.iecit ergo uolens se in ignem Empedocles.Sic & isti poetæ dum cupiunt se celebres reddere:in hãc se stultitiam cõiiciũt: neq; si amici eos retraxerint cessabunt quin iterum se coniiciant.⁋ Inuitum.qui seruat idem facit occidenti.Acuta ratio & uera sententia.Nam siquis se ipsum perdat:idem ille erit & cædens & cæsus . Hunc igitur si seruabis : non solum eum seruabis:qui occidebať:sed eum quoq; qui occidebat.⁋ Nec fiet homo.Tanta uesania laborat hic ut quãuis sæpe moneas;& a proposito dimouere temptes:nunq̃ fiet homo.i.nunq̃ uigebit in eo ratio:qua sola homines sumus:sed in ea psistẽs nunq̃ deponet honorem famosæ mortis:nam quẽadmodum Empedocles dum deus fieri cupit amisit quod hominis ẽ sic & iste insania recitandi dũ optimi poetæ gloriam quærit: eam quã habet:qualiscunq; sit amittit.Nec satis apparet.Tanto laborat furore:ut manifestum sit ex ingẽti scelere: quo dii irati sint puenire:ut accidit oresti & alcmeoni ꝓpter matricidium.Sed tamẽ nõ apparet quod sit hoc scelus: ꝓpter quod uersus dictitet.i.in tãtum furorem inciderit:ut uersus ineptos recitet.Quæ quidem summa est insania:nisi sit ꝓ parentis sepulchrũ uiolauerit:aut incestus quasi impurus mouerit bidental:qd' tangere nõ nisi puro licet. Est autem bidẽtal locus fulmine tactus:sic dicta qd' bidẽtis sacrificio expiať.Alii dicũt bidental templum esse:in quo bidentes sacrificanť.⁋ Clatros.cancellos.⁋ Hirudo.sanguisuga est.

Acronis commentaria in.Q.H.F.Sermonum libros.

SErmonũ libri ideo dicti:quia uili sermone sunt potius q̃ tumenti: siue quia ad ꝑsentes scribuntur Epistolis eni absentibus loquimur sermõe ꝑsentibus. Quãuis igiť hoc opus satyrã esse Horatius ipse ꝓfitetur:cũ ait.Sunt quibus in satyra uidear nimis acer & ultra legẽ tendere opus:tamen proprios titulos uoluit ei accomodare:hos priores duos libros sermonũ posteriores epistolarũ scribens satyra diciť lancis genus tractũ a choro liberi patris:qui est minister uini & epularũ.Satyra istius inter Lucilii satyrã ẽ & Iuuenalis. nã & asperitatẽ hẽt q̃ Lucilius & suauitatẽ q̃ Iuuenalis mixtã in ope suo:deniq; nisi Iuue.scripsisset isto nẽo eẽt melior. Verũtã sciendũ qa satyraꝫ carmẽ prio oium auctoꝝ Lucilio repertũ ẽ:pleriq; satyrã a láce:q̃ plena diuersis frugibus in tẽplo cereris inferť:nomen accepisse dicũt.nã & eã hoc noie appellãt.Ergo & hoc carmẽ ppea satyrã appellauerũt qa ita multis & uariis rebꝰ refertũ ẽ:ut auditẽtes saturet.Alii dicũt ꝓ iõ satyra uocitata est ꝓ ita cõuitia & crimĩa hoium libere iuadat ut saturi hoies .i.ebri.⁋ Qui fit:uñ q̃ũo:ex q̃ cã.⁋ Sortẽ ꝓpositũ: ꝓfessionẽ istitutũ uiuẽdi.⁋ Seu rõ.aut rõne inimꝰ ꝓpositũ uitæ.aut fortũa uerbi gratia:aliqs init ut militet: hoc rõnis ẽ alius de sũmo gradu fœlicitatis ad ima detrusus init docẽdi aut arãdi necessitatẽ: hoc fortunæ ẽ.⁋ Seu sors obiecerit.signate dixit rõ dderit.sors obiecerit.breuiter duas sectas tãgit:nã cũ dicit ratio stoicos tãgit cũ sors epicureos stoici.n.dicũt oĩa rõne fieri:epicurei fortuitu.Cõtẽtus uiuat:illã terẽtii tractat iniam:oẽs nosmet nri pœniteť.⁋ Diuersa.officia.
⁋ O fortũati.hic istabilitatẽ humãæ uitæ carpit.⁋ Iã .g.annis.figurata locutio.⁋ Fractus.debilitatus figurate fractus mẽbra sicut pictus acu chlamydẽ.⁋ Militia est potior.πολεμικωτερον.Quid eni q̃rendũ.⁋ Cõcurritur.confligitur a milite in pugna.
⁋ Momẽto.in puncto tpis.nã cito mori ꝓ bnificio est.
⁋ Agricolã laudat.beatũ appellat.⁋ Iuris.legũ: quia multa gña iuris sũt.⁋ Sub galli cãtu.n.prope galli cãtũ:ut sub noctẽ cura recursat.Sub aũt quotiens tps significat accusatiuo iungimus:quotiẽs locũ ablatiuo.
⁋ Cõsultor.pcunctator.nam interrogator non dr.cõsultus est q̃docet Cõsultor:q̃ discit:⁋ Vadibus.spõsoribus a uadimonio qd' ꝓmittit:is q̃ ad iudiciũ ꝓuocať certo die affutuꝫ.Vades ideo dici ꝓ q̃ eos dederit uadẽdi hẽt ptãtẽ.Extractus ad soluẽdũ uectigal.⁋ Degñe hoc.qui diuersa laudãt de incõstantia.

¶Quin.Hor.Flac.Sermonũ Liber primus.
Satyra prima.

QVi fit mecœnas. ut nemo quam sibi sortem.
Seu ratio dederit : seu sors obiecerit illa.
Cõtentus uiuat:laudet diuersa sequentes.
O fortunati mercatores grauis annis
Miles ait multo iam fractus membra labore.
Contra mercator nauem iactantibus austris
Militia est potior.quid enim:cõcurritur horæ
Momento:cita mors uenit.aut uictoria læta.
Agricolam laudat iuris legumq; peritus.
Sub galli cãtum consultor ubi hostia pulsat:
Ille datis uadibus qui rure extractus i urbẽ ẽ.
Solos fœlices uiuentes clamat in urbe.
Cætera de genere hoc adeo sunt multa loq̃cẽ

¶POR. Qui fit mecœnas ut.n.q.f.f.r.d.f.f.o.i.c.u.Quãuis satyrã esse opus hoc cõfiteať:cum ait: sũt quibus in satyra uidear nimis acer & ultra legẽ tẽdere opus:tamen proprios titulos ei uoluit accommodare:nam hos priores duos libros sermonum:posteriores epistolarum iscripsit.in sermonum libris uult intelligi:quasi apud prælentem . se loqui . Epistolas uero q̃si ad absentes missas.⁋ Qui fit mecœnas.Mirari se ait tantã esse animis hoium inconstantiam: ut oibus aliena sors uitæ magis q̃ ꝓprie:siue eam rõ dederit:siue fortuna obiecerit.Placeat. Qui autẽ circũflexe ꝓnunciandũ.Significat.n.quare.Sicut etiã multi loquunť.Qui fieri põt:ꝓ quõ fieri põt.Signate autem locutus est dicẽs.Rõ dederit:sors obiecerit.⁋ Multa:iam.f.m.l.Frequẽs apud Vir.hæc figura.sic enim diciť scissa comã & oculos deiecta decoros:sic & ipse Horat.Membra sub arbuto stratus.⁋ Quid enim cõcurritur horæ.m.quasi interpellante affectu hoc dicit.& est ẽt consuetudinis nostræ.⁋ Cita mors.u.a.u.l.quasi diuna uẽ iactãtibus austris hoc dr.⁋ Sub galli.c.c.u.h.p.ita dictũ est.ut sub noctẽ cura recursat.⁋ Ille datis uadibus q̃ rure extra.i.u.est qui uadimoniũ ꝓmittere sub satisfactione & in urbẽ uenire coactus est.Vades aũt sponsores dici notũ est.ꝓ qui eos dederit uadere.i.discedere interim liceat.

¶CHRI. Per magna res est illustrissime Guido Feltri & hoibus ac ciuitatibus apprie utilis latina satyra. cuius qdẽ auctor.cũ Lucilius fuisset eã demũ.Q.Hora. eousq; ꝓduxit ut ꝑfecta sane:& absoluta dici possit. Cuius hoĩs sapiẽtissimum a natura consiliũ:exactissimũq; artificiũ:ac deniq; non mediocrẽ doctrinam:ego

huiuſcemodi eſſe puto:ut nemini ex latinis poetis inferior habēdus ſit.i hoc aūt dicēdi genere iure.ni fallor a Quintilia.p̄cipuus dicitur.Mira eſt hominis diſſimulatio in reprehēdendo:atq; in ea re adeo uafer:adeoq; lepore ſalibuſque mentem auditoris occupat:ut dum ſe iocunditate uerborum demulcēdum præbet. nihil acerbum ſuſpicās:non antea in ſe contorta ſpicula aiaduertat q̄ illa intra p̄cordia recepiſſe ſenſerit.℣ Nā cum ſibi propoſuerit:nō hoies maledicēdo uexare:ſed caſtigādo a uitiis ad rectā uiā reuocare nō prius ferrū ignē ue uulneri ſanādo admouet.q̄ ægrotū ita occultis laqueis irretiuerit: ut medicas manus etiā ſi uelit effugere nequeat.Cuius quidem diſſimulationis uel illud inrefutabile teſtimonium nobis ſit.Nam cum duo ſatyra rum uolumina ſcripſerit:utriq; illarum nomen ſubtraxit ne aſperitate tituli perterritos flagitioſos hnmines ab his quæ illis ſalubria eſſe poſſint legendis alienaret.Quapropter & hos duos quos nuper interpretādos ſuſcipimus ſermonum. Alios itidem duos:quos modo clemētiſſimus deus adſit:deinceps interpretabimur epiſtolarum titulo edidit.Vidit enim ſceleratorum ægrotos multis : perturbationibus animos ſimillimos puerorum eſſe:qui niſi mellis ſuauitate decipiantur:ſalubria quidem ſed amara tamen pocula ſumere refu giunt.Quapropter ut plautinum prouerbium eſt.ut nos alliceat altera manu panem oſtēdit:altera lapidem ſed ſalutarem lapidē gerit.Sed de poeta hactenus.Occurrēt enī ſæpiſſime loci:in q̄bus quæ de illo cupimus expreſſius demonſtrare licebit.Quod autē ad ſatyrā attinet:duo illarum genera deprehēdi manifeſtum ē. Eſt enim uetuſta ſatyra fabulæ ſpecies a græcis inuenta a ſatyris diis denoiata:in illa enim ſatyri inducebanť & cani & barbati:& iberbes:& ſylenus pater. Argumentū autē harū fabularū ludis iociſq; refertiſſimū erat. Propterea q; tragœdiis ſæpe in theatris admiſcebať ſatyra:ut ſua iocūditate triſtem illā tragœdiarū ſeuerita tē mitigaret.Hæ igitur perſonæ in ſatyra ridicula inter ſe.ac laſciua iactāt:ut latius ridere poſſimus in iis ; q̄ ad comodiū cæſarem iulius polydeuces ſeu pollux grāmaticus nobilis diligenter ſcripſit. Huius ſatyræ ſcri ptores apud græcos perhibenť.Demetrius nō phalereus ille philoſophus nobiliſſimus. Sed ex Tharſo poe ta ſatyricus:ut Laertio Diogeni placet:& Xenocrati.Itē Menippus ſeruus ut Apuleius &.A.Gelius oſtendunt. Cuius libros.M.Varro in ſatyris imitatus eas latine condidit:quas menippeas appellauit:& Ennius & pacu uius.Sed de hoc genere plura diximus in arte poetica.Secundum uero ſatyrarū genus de quo hoc in loco ſer mo noſter eſt:ſibi proprium latini uendicant:quod ego ex interitu ueteris comœdiæ initiū ſumpſiſſe facile crediderim:nam cum in noua comœdia nemini liceret uitia nominatim carpere:excitatus eſt ex aruncą urbe Lucilius homo:doctus ingenioq; uehemēti & aio libero.Qui cū ſuoq; temporū uaria flagitia æquo aio ferre nō poſſet:hoc nouū poematis genus:i quo acerrime uaria hoīum uitia iſectareť:excogitauit ē ät dicta ſatyra uel aprima.illa & antiqua ſatyra:quia ad ſimilitudinem ſatyrorum peruitia exultent huiuſcemodi poetæ. Siue a ſatyra lāce q̄ referta uariis multiſq; primitiis in ſacrificiis cereris iferebať:& a copia & ſaturitate rei ſa tyra uocabať.Vñ ē illud.Lāceſq; & liba feremus.Varro ät a gne quodā eduli qd' multis rebus refertiebať ſa tyrā dictā putat.Alii dictā putät a lege ſatyra:q̄ uno rogatu multa ſimul ſancit;q;.i.ēt ſatyrica carmia multa ſimul amplectuntur.Huius ſatyræ legis meminit Lucilius.Per ſatyrā ædilē factū qui legibus ulnat.Et Salu, in iugurtha.Deide quaſi per ſatyram ſentētiis exqſitis in deditionem accipit. Nec ſit q̄ neget ſatyrā eſſe quæ a poeta ſcribať : cū ipſe in aliquo loco ita de ſe pferat.Sūt q̄bus in ſatyra uidear nimis acer & ultra legē tende re opus. Appellauit aūt ſermones:ut libri titulo ſtili figurā q̄ ſane humilis ē atq; depreſſa indicaret. Nō ät nos fugit orationē omnē:ſi ciceronē audimus:in contentionē ac ſermonē diuidi.Et contentionē eē oſonem illam quā acurate: & cū meditatiōe ex loco ſuperiore habemus.Cum aūt inter familiares & de familiaribus rebus priuatim orationē ita inſtituimus:ut p uices & loquamur ſimul & loquentes auſcultemus & reſpondeamus: is ſermo appellabit:quoniā uerba uiciſſim ferimus:qd' dicēdi genus in infima figura conuerſetur : placuit Horatio ſatyras ſuas eodē ſtilo ſcriptas ſermones appellare.Eſt ergo huiuſcemodi titulus.Q.Horatii Flacci ſermonū liber prius.Mēs aūt cōſiliumq; poetæ eo tēdit:ut hoies dum uitia iſectanť :meliores reddat.Vir.m ægregius:& platonica diſciplina inſtructus cū nō ſibi ſoli natū ſed ciuibus ſuis cæteriſq; mortalibus quoad p ſtare poſſet;p cōi ſalute inulgilandū ſibi ,ppoſuit.Carmē aūt hexametrū eſt.de quo ſuo loco q̄ digna lectoris cognitiōe duxi:puiribus expſſi.Tuū ät ē illuſtriſſime Guido ea q̄ ad uitæ emēdatiōem nō minori ſapiētia q̄ eloquētia ab huiuſcemodi poeta dicunť:ita percipe:ut aium mētēq; tuā ex tenera ætate adhuc cæreā per pa terna ueſtigia ad ſūmas uirtutes dirigas.Quicqd enī bonæ artiū:q̄bus uita excoliť apud Horati.diſces: id oē accumulatiſſime i parēte tuo deprehendes. Atq; hīc poeta docēdo illic princeps agēdo te:qd' arduū tamen ē parētibus tuis dignū facile p̄ſtabis.Sed iā horatiū ipſū audiamus.Qui fit mecœnas:ut nemo quā ſibi for tem.Sapientiſſime ,pfecto excogitatū eſt a poeta nr̄o ſuarum ſatyrarū initiū.nā uolentem humana uitia rep hendere unde potius exordiri oportuit.q̄ ab humana ſtultitia a qua tāq; a ſuo fonte omnia uitia deriuātur. Quid aūt ſtultius q̄ in uita degēda unumquēq; ſuæ cōditiōis pœnitere? Cum prudētis officium ſit:& ea quæ in ſuo arbitrio ſunt:ita eligere.ut nō ſit deinceps pœnitendum: & q̄a fortuna ita ,pueniunt:ut uitari non poſ ſint æquo oīno aio ferre. Ac deniq; i oībus rebus neq; quicq̄ ſupra naturā noſtrā expetere.neq; quæ cōmunia cum cæteris ſunt recuſare p̄ſertim cum ut ipſe ſapientiſſime in libro carminum affirmat.Leuius fiat patien tia qcqd corrigere nefas:iure igit exagitat uexatq; huiuſcemodi ſtultitiam:qua quidem ex mortalium men tibus ſublata oēs ſimus in ſūma tranquilitate futuri.Arrupte igitur qd' ſatyrorum eſt interrogat:& cum ad miratione requirit.℣ Qui fit.quō fit.Eſt autem q̄ inablatiuo:& q̄a in aduerbium trāſit:circūflectit nomina enim latina monoſyllaba quæ in aduerbium tranſeunt circunflectunť.℣ Sortem.in plurali ſortes ſunt ſpeci es uaticinatiōis:de q̄bus ſuo loco dictum eſt.Dictum & ſortem idem quod caput in pecunia eſſe:in hoc loco intelligimus portionē.℣ Seu rō dederit.i.ſiue ex noſtra cōſultatiōe & electiōe obuenerit.℣ Fors.fortuna.Eſt aūt hæc fors:& ab hac forte.Vir.Forte ſua libycis tēpeſtas appulit horis.Rō in hoc loco ratiocinatio eſt.i.di ſcurſus ai ad ueræ iueſtigandū.Hæc autem ratiocinatio ſi iudicāte mente fiat: nos non fallit:& eſt recta ratio

nec ſeqť pœnitētia facti.Sin aūt ſit ex impulſu appetitus falſo ē rō.Ex quā ea ſæpe facimus quoq; ſit pœniten dū.Quapp eā nūc rōnē intelligit:q̄ appetitu deprauať.℣ Laude.d.ſ.nā ex al ſtultitia quācūq; ſortem ſua me liorē putat.℣ O fortunati.,pbat quod propoſuerat multoq; exēplo.Nā & miles ſortē ſuā exoſus mercaturam laudat:cum iam ſenex laboribus ſufficerenō poſſit.Et mercator cōtra cū tempeſtate iactetur:laudat militiā. Nam unuſq;q; i ſuo artificio icōmoda ſentit & calamitates:quas in alieno nullas eſſe putat .℣ Quid eni.uel ſe ipſum interrogat mercator:uel aliū ſe interrogantem ponit:cui ſic reſpondeat. ℣ Concurriť :nā cum duo exercitus collatis ſignis p̄liū ineunt:concurrere dicunť.Virgi.Ergo inter ſeſe paribus cōcurrere telis Roma nas acies iteq; uidere philippi.Optime aūt uſus eſt iperſonali uerbo:cuius eſt indicare rē paſſim & ab oibus fieri:ut illud itur in antiquā ſiluā.℣ Cita mors. ,pbat quare mercaturæ p̄ſtat militia : nā breui aut mors uenit & oīa breuia:& ſi aſperrima ſint tollerāda uidenť:aut ex uictoria & p̄da ditanť:& a periculo liberanť.℣ Læta q̄ illos lætos reddit.Vel læta.i.uelox.Vir.Vela dabāt læti.℣ Agricolā laudat iuris legū q;.i.ei, partis iuris q; in ſcriptis ē.Nā iuris ciuilis alia pars i ſcriptis ē:ut lex plebeſcitū & hmōi. Alia ſine ſcriptis i cōſuetudie poſi ta:& cōſuetudo ſiue mos appellať.℣ Sub circiter.℣ Galli cātu,q̄ noctis ps eſt:& galliciniū uocať. ℣ Cōſultor q cōſiliū petit.Cōſultus q dat.℣ Datis uadibus:cui neceſſe ē ad certā diē redire in ius:qm̄ uadimōiū fecerat & uades dederat.℣ Vas uadis:ut feſto placet:ſpōſor eſt alterius.i.re capitali & ſiue idē ſupplicium ſubiturus niſi reus ad diē dictā redierit ſiue pecuniā ſubiturus:nitiť teſtimonio ciceronis in tuſculanis.Quoq; alteri cū tyrānus diē dixiſſet mortis:alter ,p amico ad uiſendā matrē ituro uas factus eſt.Magis tñ placet qd' & Varro ni & acroni placere uideo.Vades eē ſponſores rei certo die affuturi:ſiue capitale ſit iudiciū ſiue pecūiarium. Erūt ergo uades ſponſores rei certo die affuturi dicti q; illis datis hēat reus uadēdi ptātē.Vadimoniū aūt eſt huiuſcemodi ſpōſio ut apparet i oīone ,p quintio:ubi lōga ē altercatio:altera parte dicēte uadimonia fuiſſe ſi bi deſerta.Altera nequaq̄ ēt fuiſſe facta & in uerrinis ,pmittūt herbitēſes uadimodiū ſyracuſas eo poſtq̄ uē tū ē: cogunť dare tantū q̄tū erat de capite dēptū.Et hic poeta i alia ſatyra.Quarta iā pte diei.Præterita & ca ſu iā reſpondere uadato debebat:qd ni feciſſet perdere litē.℣ Clamat:& ruſtici morē exprimit:q grādiori uo ce in oībus affectibus ſuis utunť:& aſſeuerationē oſtēdit.Nā q aſſeuerāter aliquid dicūt:uocē eſſerunt. ℣ Lo quacē qd' uitiū eſt.Nā modū excedit i loquēdo:cū loquiť de iis q̄ non oportet:aut de iis q̄ oportet ultra quā oportet nō ſine auditoris tedio loquiť.Neq; ſatiroq; morē obliuiſciť poeta:q ſæpe ex cōparatione aut alia di greſſione aliquem uituperant.Iuuena.Percurram citius quot amauerit hippia mechos.

Delaſſare ualent fabium.te ne morer audi
Quo rem deducam:ſiquis deus en ego dicat
Iam faciam quod uultis.eris tu q modo miles
Mercator:tu cōſultus mō ruſticus. hinc uos
Vos hinc mutatis diſcedite partibus eia.
Quid ſtatis nolint.atqui licet eſſe beatis
Quid cauſę ē.merito qn illis iuppiter ambas
Iratus buccas inflet.neq; ſe forte poſt hac
Tam facilem dicat:uotis ut præbeat aurem.
¶POR. Ab.o.u.m.c.io.i.ab initio cœnæ ad finẽ usq;.Ouum enim hodieq; initiũ cœnæ quippe cũ in gustu statim balneis offeratur.mala autem apd̃ ueteres inter cætera secundæ mensæ afferebantur. Citaret autem recitaret. Vnde præcones citare solent qui clarius uoce dicunt.℣ Modo.f.i.modo clara uoce modo crassa:& a tetrachordo hoc sumptum uidetur:in quo est grauissimi soni chorda quæ hyppathe dicitur.℣ Sæpe.u.q.i.f.f.canophoræ hodieq; Athenis appellantur:quæ sacra capite portãtes lento gradu incedunt.Dicit ergo hermogenẽ adeo inæquali fuisse mente:ut interdum tardissimo gradu ambularet.℣ Io.b.hoc.f.citaret.iclare diceret io bacche Fugiens hostem currit:ita per sylepsim figurã currebat & currit assumptũ.℣ Et cõcha salis puri.i.simplicis non conditi.℣ Est concha merito qa pauperiores in marina concha salem tritum habere solent quo cum pane uescantur. Noctes.q.ad.i.m.aduerbialiter dictum est noctes:ut flet noctes:& tot annos una cum gente bella gero.Ad ipsum mane autem:usq; ad ipsum mane.℣ Mæuius.a.qui de pionis horatianis scripserunt aiunt Mæuium scurilitate notissimum Romæ:hic post patrimonium abrosum kalen.Ianuari.in capitolio clara uoce optauit: ut quadraginta milia nũmorum æris alieni haberet.Quærente quodam quid sibi uellet qd̃ tam solẽni die & alienum oraret habere:noli mirari inquit octingẽta habere debeo.Hic fertur domo sua quam ad forũ spectantem habuerat diuẽditam unam colũnam sibi ibi excepisse.Vnde gladiatores spectaret:quæ ex eo Mæuii colũna nominabatur:cuius & Lucilius sic meminit.Mæuius colũnam cum peteret.℣ Cum.t.p.o.m.l.in sensus est.Cum tua mala uideas uelut si lippens unctus sis cur ad amicorum perspiciẽda uitia magis acute perspicis q̃ aut aquila: aut draco.Aquilam autem tam acure cernere aiunt:ut rectis oculis radios solis ĩtueatur.pro dracone autem serpẽtem epidaurium ideo dicit:quia cum romani oraculo admoniti i epidaurum ĩsulã missent inde:ut Aesculapium afferrent draco.e.templo eius repente progressus nauem legatorum conscendit quem illi deũm creditum esse romam aduexerunt.

¶CHRI. Ille emphasim habet hoc ꝓnomen.& dixit illi tanq̃ de noto Sardus:uel proprium nomen ẽ Tygellius sardus:uel gentile ex sardinia habebat hoc uitium.Est autem uitium id propter quod res a sua natura & absolutione deprauatur.Nam uniuscuiusq; rei absolutio & perfectio.uirtus dicitur: cuius priuatio uitium est.℣ Ergo uirtus oculi est.recta uisio.priuatio autem:aut diminutio uisus uitium est dictum a uitãdo. Dignum enim est:ut uitetur.Hinc uitupero quasi uitium paro.℣ Cæsar.q cogere posset.Erat enim imperator.℣ Si collibuisset.Rogatus a cæsare nolebat.℣ At si collibuisset.q.d.etiã si sine aliqua ratione libidine cantandi incenderetur:optime ergo collibuisset.Nam cum uoluntas sit quæ ex ratione procedit. Libido uero quæ ab appetitu:potius collibuisset q̃ placuisset dicendum fuit.℣ Ab ouo. a principio prandii: nam ut ait Acron.a balneis ad cibum proficiscentibus in primis ouum dabatur.℣ Ad mala:ad poma.i.ad secũdas mensas q̃bus finitur prandium.De his dictum est.℣ Citaret io bacche.i.excitaret hoc carmen:cuius initium esset:io bacche.℣ Summa uoce quæ hypate dicitur.℣ Nil æquale fuit:nil constanter:sed ab extremo ad extremum proficiscebatur.℣ Iunonis sacra ferret.Nam qui sacra ferunt:procedunt lento passu.Hoc uitium & in catilina notat Salustius.℣ Sæpe du.Nam magna seruorum copia erat apud antiquos.℣ Reges a:que tetrarchas.Sæpe ex optabat sibi nõ priuatam fortunam:sed regũ & tetrarcharum.Sunt autem tetrarchæ qui quartam regni partem possident.Ergo herodes cui galileam quartam regni iudaici partem populus romanus concesserat tetrarcha erat.Sæpe autem modestissime loquens dicebat se esse contentum tripode mensa.& concha salis puri.i.simplicis:& nulla re conditi:quasi secundũ morẽ persaꝝ:q̃ nihil ad panem præter salẽ & nasturtiũ herbam addebant:& toga qua frigus propelleret:quamuis esset crassa.Decies centena quoniam numerus in denario definit:nam ultra decem repetitio fit iccirco decies centena potius q̃ mille dicebãt.℣ Huic parco.i. qui se parcum iactabat.℣ Noctes:peruertebat officia uitiæ:ut noctu diurna iterdiu nocturna exerceret:ut nostra ætate.Paulum pon.max.uidimus:cuitamen plurimæ fuerunt nec mediocres uirtutes.℣ Stertereet.profunde dormiret.Nã cũ dormiẽti spiritus ĩ ore naribusue crepitat.aut obstrepit:stertere ẽ. Quid tu fateur se quoq; uitia habere:sed minora.℣ Meuius:poeta fuit ignobilis & maledicus.Vnde ipse in libro carminum. Olen-

tem mæuium dixit. Et Virg. Qui bauium non odit: amet tua carmina mæui. ¶ Absentem: quod male loquē tiæ est & inuidiosi hominis nam qui meliorem facere student: coram castigant. ¶ Aut ignoras te. Verba sunt detractorem reprehendentis: Ergo uel te. i. tua uitia ignoras: uel putas præbere te ignorum nobis: uelut tua uitia non cognoscamus. ¶ Dare uerba: fallere. ¶ Egomet mi. pro mihi ignosco. ¶ Stultissimus amor nostri est ut nobis ea uitia. condonemus: quæ in aliis ferre non possumus: & sumus improbi. i. a nullo probandi. ¶ Cū tua. Non ita indulgēdum est nobis: ut in nostris uitiis ueluti lippi parum uideamus: in alienis acutissimo uta mur uitio. Lippus ē cui oculi ualitudinarii sunt. Luscus qui altero caret oculo. Cæcus qui nihil uidet. Martialis. Soluere dodrātem nuper tibi uolebat Lippus hilas Luscus uult dare dimidium. ¶ Aut aquila. de hac aue plura dicta sunt. Est autē adeo acuti uisus: ut recto ituitu solis radios sustinere possit. Quin & pullos suos solem aduersum intueri cogit: & si qui lucem non sustinentes auertantur: illos ueluti adulterinos e nido præcipitat. ¶ Serpens epidaurus. Speciem pro genere posuit: Est autem acuta acie serpens. Vnde græcæ δρακόντων dicit παρεμπτοδέρκω: quod aspicere significat. Cum autem romani morbo laborarēt: ex oraculo Aesculapium ex epidauro accersendum curarunt: miserūtq; auratam nauē: quā deus sub serpentis forma intrauit. Verū cū ad ripam tyberinā apulissent nauem: & esset egressus nusquā deinde apparuit serpēs: Quapropter eodem in loco sibi tēplū exædificatū est.

¶ ACR. A libris. n. sibyllinis romani sunt mōiti pro remedio ciuitatis: ut simulachrum æsculapii de epidauro insula peteretur. Quo romani cū ue nissent & errore multorum simulacrorum certū inuenire nō possent in conspectu omnium serpens nauim romanorum petiit. Qui ad urbem delatus in rypa tyberis uisus subito nō apparuit. In ipso au tem loco templū æsculapio cōdiderunt. Paulominus aptus qui non se aptant ad mores hominum: minus apti dicuntur: qui nesciūt rerum: tempora qui importuniores sunt. Acutis. n. ab acutis hominibus uideri possunt hi qui iracundiores sunt & ieptiores naribus: ergo metaphoricos dicit a canibus qui odore inueniunt cubilia bestiarum alii sic exponunt: habet aliquis uitia: ut autē paulo iracūdior sit ne possit deridentium uanitatem quæ nūc maxime exercetur: sustinere: pstat etiam de se ridēdi materiam qui rusticus tonsus sit: & toga ipsius defluat: laxosq; calceos habeat. ¶ Rusticus. t. t. d. q dam dicūt de cæsare hoc dictū eē q; fluebat eius semper toga. i. non erat semper bene composita: & imperito tonsore utebat. ¶ Male. l. indecēter laxus his exemplis colligit amicorū uitia: si sint leuia eē ferenda. ¶ At in. in. in. l. h. s. c. hic dicit pulsare Virgi. Qui idecori corporis & habitus fuit q̄si meuius hoc dicat: sed hæc inculto corpore celantur qa non facile probat aliquis sapientē esse eū qui male uisitur. ¶ Num qua. t. u. in. o. n. Nunquid aliqua natura uitiorum insita fuerit: ut iam nox humida cœlo p̄cipitat. ¶ Aut. e. c. m. Mire duo dixit. Vitia. n. aut nascuntur aut cōsuetudine trahuntur. Ex cōsuetudine ostendit nasci multa mala: nam si neglexeris quemadmodum neglecto agro spinæ nascuntur: ita in indisciplinato uitia generantur. ¶ Præuertamur. aut redeamus: aut ueniamus pro transeamus: sicut uolucremq; fuga peruertitur hebrum: hoc est quod dicit non debemus offendi uitiis amicorum: sed nos uitia eorum saltem tolerare debemus: debemus nos inquit imitari amatores: qui non solum non offenduntur amicorum uitiis, sed etiam laudant. Quia aliquando turpes meretrices diliguntur. ¶ Polypus. a. Agna nomen meretricis putidis naribus. Polypus autem uitium uarium q; adolescentem nobilem delectabat.

¶ POR. Et isti. e. n. u. p. h. q; laudamus uitia amicorum. i. uirtus ita errorē appellaret: memini uirū bonū ¶ Appellat. p. p. peti pprie dnr quoq; hue atq; illuc oculi uelociter uertunt. ¶ Male. p. leuiter iclinatis oculis niger & macilētus. ¶ Iracundior est. p. Sensus ē habet aliq̄ uitia ita: ut paulo iracūdior sit ne possit deridētiū urbanitatē: q̄ tunc maxime exercet: sustinere: pstat etiā de se materiam ridendi: q; rusticius tonsus sit: & toga eius defluat. laxosq; calceos habeat. ¶ Bonus uir est & tibi amicus. his ergo colligit amicorū uitia: si leuia sint ferenda esse sdm illud q; pcipit per puerbiū. Amici mores noueris: nō oderis. ¶ At. t. a. pnūciandū aūt est. ut significatio eius exprimat. ¶ Num qua. t. u. i. n. num qua p nū aliq̄: ut si diceret: nū q̄ inseuerit. aut p insita fuerit: hac figura & illud dicit pcipitat nox: & pra auertit. Sēsus aūt teipsū deniq; pspice ne habēs aliq̄ uitia: aut ignita tibi: aut mala cōsuetudine q̄sita. ¶ Nāq; reli. Māifesta allegoria. ¶ Illuc. p. p illuc trāseamus sic dr. Volucrēq; fuga puertit hebrū. ¶ Veluti al. po. a. luciliana urbanitate usus in trāsitu amaritudinē aspsit. ¶ Vellem in. a. i. e. utinā inquit hūc errorē circa amicos nros pateremur uitia illorū nō intelligētes qui error adeo laudaret: ut uirtus potius q̄ uitium diceretur. ¶ Stra. a. p. p. Strabo detortis q est oculis dicit petus leniter declinatis: hoc autē ex his q̄ sequunt ostendit a parentibus filiorum uitia. aut nō intelligi: aut itellecta dissimu-

Euenit. inquirant uitia ut tua rursus & illi
Iracundior est paulo: minus aptus acutis
Naribus horū hominum rideri possit. eo q;
Rusticius tonso toga defluit: & male laxus
In pede calceus hæret: at ē bonus: ut melior uir
Non alius quisq̄. at tibi amicus, at ingeniū ignōs
Inculto latet hoc sub corpore: deniq; te ipsum
Concute. nū qua tibi uitiorum inseuerit olim
Natura: aut ēt consuetudo mala; namq;
Neglectis urenda filix innascitur agris.
Illuc præuertamur. amatorem quod amicæ
Turpia decipiūt cæcum uitia. aut etiā ipsa hæc
Delectant ueluti balbinum polypus agnæ
Vellem in amicitia sic erraremus & isti
Errori nomen uirtus posuisset honestum
Ac pater ut gnati sic nos debemus amici:
Si quod sit uitium non fastidire. strabonem
Appellat perum pater & pullum male paruus
Si cui filius est: ut abortiuus fuit olim

lari qd pcipit circa aicos quoq; faciēdū eē. ¶ Male. p. l. c. f. ē. Mire dixit male pnū uolēs itelligere macilētū.

¶ CHRI. Acutis naribus. Subsanatiōe q̄ fit crispādo nares. Vel trāslatio a cānibus q odoribus iueniūt feras. ¶ Minus aptus. i. ieptus. Nā cū ieptus sit: pōt rideri, p irrideri subsanatione. ¶ Defluit. t. qa nō recte q̄drat corpori. Quidā putāt dictū de Cæsare cui sp fluebat toga: & erat ei idoctus tōsor: ait Acrō. ¶ Et. m. l. Eodē acrōe teste qdā dcm putāt de Vir. q indecori corpis & cōpositionis fuit. ¶ Inculto: nō ad aīum: sed ad corpus referē dū. ¶ Cōcute. diligēter inqre. Nā q rē ignorunt quā credūt itra sinus uestis latere: cōcutiūt uestē: ut res illa excidat. ¶ Natura & cō. nā ad q̄dā uitia natura pni sumus q̄dā ēt ex mala cōsuetudine pueiūt. Vel dicamus uitiorū & uirtutū semia eē a natura q̄ deide cōsuetudie alunt: & ad habitū pueniūt nāq; ut ager nisi excolat: filicē herbā frugibus noxiā pducit: sic & aīus noster sine cultura phiæ uitiis occupat. Est āt dicta filix q; ex eadē radice plura fila enascant. ¶ Præuertamur. Præoccupemus hāc snīam: quēadmodū uitia amicæ ita decipiūt amatorē ut habeat illa, p uirtute: sic uellē: ut errarem, i amicitia. ¶ Polypus: a silitudīe polypi marini piscis: multos pedes hūtis dr morb, i narib, enascēs: cui plurimæ sr fibræ. ¶ Agnæ. p. u. mulieris amice balbini. Et certe ut uitiū magnū i amicitia adulatio ē: sic cōtra ois aspitas refugiēda: neq; debem, offēdi mioribus uitiis sed æquo aio amicos ferre: & illos pfna idulgētia tractare: nā pres nō fastidiunt oia uitia in filiis: Et si filium hēt strabonē illū petū appellat: ut uirtutē ponat p uitio. Petos autē eos dixere quoq; oculi celeres huc & illuc uertūt p trāsuersūq; ispiciūt qd decere poti, q̄ dedecere uī Vir. i priapea Minerua flauo lumine uenus peto. ¶ Male puus. Ita puus: ut uehemēter dedeceat. ¶ Pullū. i equo asinoue atq; i nauibus pulli dicūt noui fœtus.

¶ ACR. Vt abortiuus. f. o. f. Anto. triūuir. frater Antōii uiri cleopræ hūit filiū, pdigiosæ breuitatis, istū Sisyphū appellat: q erat ardētissimi īgēii. Hūc uarū. Varus appellat introrsū retortis pedib, . ¶ Distortis cruribus il. b. s. p. f. m. t. Scauri sunt q extātes talos hūt: pater aūt balbutit. ¶ Scaurū: sic. n. blādiētes ifantibus infringere linguā suā solēt: ut eos imitent. Alii dicunt scauros eē q habēt talos iuersos. Si filius hēt talos tortuosos pater balbutiēdo uocat scaurū. ¶ Cōcinus. a cōpositus bonus. i. si iactās ē aliqs dicat qd uult uideri apd amicos cōcinus & bōus. ¶ Plus. æ. l. ultra q̄ oportet plus æquo liber ē q qd sentit tacere nō possit. ¶ Simplex. nō ambiguus: aut bilinguis: sed q qd sentiat dicat uulgo āt simplex modestus dr. ¶ Caldior: pro calidior feruētior ad irascēdū. ¶ Hæc. r. i. i. &. f. a. qa uitia ifrīgimus & leuioribus noibus appellamus. ¶ At nos. u. i. i. male iterptamur dicētes: q̄ bona. mala cōtra debemus alia dare noia. i. leuiora. ¶ Nos ēt uirtutes depraūāus. i. laudes amicoq; ī uitupationē cōuertimus. ¶ Sinceræ. c. u. i. Allegoricos de bono uino q̄si de bono uiro uirtutē uitio polluet: icrustari uas dr cū aliquo uitioso succo illinit & īqnat: uel ēt uala cū sint pura uelut si sint fracta icrustant: hoc ē coopiunt auro. ¶ Tardo. c. p. d. illū q piguis ē tardū appellāus naturā uertētes in uinū, p pingui tardo piguedo. n. pgrauat & tardos facit. ¶ Hic fugit. o. i. Si nō uult se admiscer isidiosis & nullū lædere stultū appellāus. ¶ Obdit: obiicit: offert. ¶ Cū. g. h. i. u. cū i gne huius uitæ uerset isidiosoq;. ¶ Siplicior. q. ē. q. m. l. l. o. t. ordo ē. si qs simplicior ē q̄lē me tibi obtuleri o mecœnas hūc appellāt molestū & stultū. Sēsus uero hic ē: si qs libere & sine obseruatione tpis appellauerit amicū suū hūc dicūt stultū & molestū: si qs ē simplex ut legētē: aut cogitātē molestus iterpellet stati eū carere cōi sensu dicimus. ¶ Quā temere: i nobis legē sancimus iniq̄: q eadē ab aliis patimur: & eidē cōditiōi subiacemus qa ēt illi eādē de nobis legē statuerūt. ¶ Sācimus: firmamus: iudicamus.

¶ POR. Abortiuus. f. o. Sisyph, M. Antōii triūuiri pumilio fuisse dr itra bipedalē staturā igēio tñ uiuax. ¶ Hūc uarū. d. c. uari appellant itrorsum retortis cruribus. ¶ Illū ba. f. Scauri dicunt q extātes talos habent. Suauiter āt dixit balbutit scauræ. Sic. n. blādiētes ifantibus ifringere linguā solēt: ut q̄si eos imitent. ¶ Parcius hic uiuit. Hic iā ostēdit q̄lia amicoq; uitia existimare & appellare debeāus. ¶ At ē. t. Simplices uulgo pro mānsuetis ac modestis dicūt; hic simplicē dixit: q; qd sentiat de amico libera lingua pnūciet. ¶ Caldior: calidior ad irascēdū hōesto noie acer dicat. ¶ At. n. u. i. i. i. malignī adeo īgenii sumus: ut ñ tm uitia amicoq; nōtegamus sed ēt laudes ipsas male iterptātes culpem, . ¶ Atq; f. u. allegoricos hoc dr: icrustari āt uas dr cū aliquo uitioso succo illinit atq; īqnat secūdū qd & Luci. i. xviii. sat. ait. Nā uel regionibus illis icrustatus calix ruta caulis hr. ¶ Illi tardo. c. p. d. ordo est illi: pingui tardo cognomē damus. i. sensus naturā in uitiū uertētes, p pinguitardū dicimus. ¶ Nulliq; m. l. o. a. obdit nūc obiicit atq; offert significat. ¶ Quā temere in. n. l. f. temer nimis agimus sic iudicantes de amicis nostris: qa incipiunt: & illi de nobis iudicantes eandem legem constituere.

¶ CHRI. Sisyphus: filius fuit. M. Antonii triūuiri mōstruosæ breuitatis: sed acutissimi ingenii. ¶ Vaq. q fit

pedibus introrsum retortis. ℣ Balbutit, balbutire est uerba curta ꝓferre: quo uitio pueri laborant. Sed parentes ut filiis blãdiant de idustria balbutiũt. i. balbutiẽdo appellãt scaurũ q̃ sit male fultus prauis. i. distortis tibiis. ℣ Parcius: quasi auarus. ℣ Frugi: temperatus & modestus. ℣ Ineptus & iactãtior: qui inepte se iactat. ℣ Cõcinnus. Concinnare commode componere significat: ergo uult haberi concinnus: i. uult exhibere se aptũ amicis. Nam multi dum cupiunt se concinnos exhibere incõcinni sunt. ℣ Truculentior: qui ferociori aspectu sunt truculenti appellãtur. Ergo dicamus hunc procul esse ab omni adulatione & libertate: & simplicẽ: q̃ non aliud dicat & aliud sentiat. ℣ Caldior pro calidior. i. iracundior. i. subiracundus: Nã cõparatiuũ aliquando minuit Vir. Tristior & lachrymis oculos suffusa nitẽtes. i. subtristis. ℣ Hæc res. non adulatio sed quædã humana: sed modesta indulgentia. ℣ Atnos. idest Non solum non honestamus: quædam leuia uitia nominibus uirtutum sed contra uirtutes uitiorum nominibus dehonestamus: & cupimus incrustare. i. fæcibus illinire uas sincerũ & purũ. i. hominem bonũ macula deturpare conamur. ℣ Inuertimus: ad suum cõtrarium deuoluimus in uertere: eni proprie est cum rem contrario uersu ponimus. Hic dicimus uestes inuersas cum quod intus esse oportuit: foris apparet. & sniam inuersam in quã contrarius sensus iducitur. ℣ Demissus. Siqs in cõsuetudine familiari sed dimittit. i. cedat aliis & nemini aduersetur seq; inferiorẽ gerat. ℣ Tardo: in datiuo: nã recte dicitur mihi nomen est landino: ut iungatur pronomini mihi. Et rursus mihi nomen est Landinus: ut rñdeat dictioni nomen. ℣ Pingui crasso & rudi. Nam pingues ut plurimũ ii sunt: quorum sanguis multum habet pituitæ ii aũt tardo sunt ingenio: ut ostendit Albertus: quia frigus non mouet spiritus: nec adducit: sed abscidit. Hic fugit. Sunt qui cum ualeant prudentia possunt sua circũspectione & puidentia uitare insidias. ℣ Latus apertum. Translatio a milite cauto q̃ suis se armis ita tegit: ut nullã corporis partem detectam hosti relinquat. ℣ Astutus. dicitur ab eo qd̃ est ὀστυ qd̃ lingua attica urbẽ significat. ℣ Inuidia. a. Vehemẽs ad nocẽdum. ℣ Crimina obtrectationes: unde dicimus criminari. Ergo huic uiro q̃ prudẽs cautusq; est. nomẽ uitii damus & fictũ astutũq; uocamus: Simplicior qui fretus sua beniuolentia & bona mẽte erga amicũ nõ adhibeat omnem cautionem in adeundo atq; colloquendo. ℣ Communi sensu. i. cõmuni prudentia: ut alio loco diximus.

ℂ ACR. Nam ui. nemo fi nascitur. ideo uitiis amicorum debemus ignoscere: ut illi nostris ignoscant. ℣ Vrgetur. grauatur. ℣ Amicus. d. ut. æ. est cũ mea cõui. bõ. Amicus bonus debet compensare mea uitia cũ bonis. ℣ Et si plura sunt bona ad ea propensior fieri. i. ea magis laudare. ℣ Hac lege i. r. p. e. Allegoricos qui ignoscit uitiis aliorum mox eandem ueniã consequetur. ℣ Quine. tu. hoc dicit: ꝓ siqs magnis suis uitiis ueniam poscit ab amico: minoribus uitiis ante amici debet ignoscere. ℣ Tuber est gibbus hinc tuberosus. i. gibberosus. ℣ Denique. q. e. Quoniam uitia iræ & alia uitia non possunt penitus aboleri ab hominibus: debemus moderate ea uituperare. Si non possunt iquit dissimulari uitia amicorũ saltẽ talia existimentur: q̃lia sunt nec debemus ea malignitate augere iam paulatim eo descendit: ut aduersus stoicos disputet: qui dicunt peccata omnia paria esse. Animum ergo peccantis nõ quantitate peccati spectãt. ℣ Põderibus. m. q;. ꝓpriis existimationibus iudiciis mẽsuris debet uti: & hoc mõ debet punire peccatũ. ℣ Ac res: ut quæq; ẽ ita. f. d. c. ꝓut unaquæq; res est & quẽ ad modũ uitiũ ẽ in quauis re: ita & pœna rõe ꝓcedit. i. ꝓ q̃litate uitii pœnam debemus adhibere: hic aũt tangit stoicos: q̃ dicũt oia uitia paria eẽa simili argumẽtũ facit: & docet nõ oia peccata eẽ similia: ac ꝓ hoc nec similes penas esse. ℣ Ligurierit: degustauerit. ℣ Labeone in. Martius antistius labeo iurispitus memorate libertatis: nã i Augusto libere inuectus est ideo eum nunc poeta male: tractat: ut gratificet Augusto. ℣ Sanos: sapiẽtes. Quãto hoc furiosius quod fecit dñs q̃ qd̃ seruus admisit ℣ Paulũ. d. a. odisti eum ꝓ peccatũ nisi cõcesseris sæuus & acerbꝰ uideare. ℣ Vt rufonẽ debitor æris. Signi

Nã uitiis nemo sine nascitur. optimus ille est,
Q ui minimis urget. amicis dulcis, ut æquũ ẽ
Cum mea cõpẽset uitiis bona pluribus hisce;
Si modo plura mihi bona sunt ĩclinet amari
Si uolet. hac lege in trutina ponetur eadem
Qui ne tuberibus ꝓpriis offendat amicum
Postulet ignoscet uerrucis illius æquum est
Peccatis ueniam poscentẽ reddere rursus
Deniq; quatenus excidi penitus uitium irę,
Cætera item nequeunt stultis hęrẽtia: curnõ
Ponderibus modulisq; suis rõ utit̃. ac res
Vt queq; est. ita supliciis delicta coercet.
Siqs eum seruũ: patinam qui tollere iussus
Semesos pisces: tepidumq; ligurierit ius,
In cruce suffigat: labeone insanior inter
Sanos dicatur: quanto hoc furiosius atq;
Maius peccatum ẽ: paulum deliquit amicus
Q d̃ nisi concedas: habeare in suauis, acerbus
Odisti, & fugies, ut rufonem debitor ęris
Q uod nisi cum tristes misero uenere calẽdę
Mercedẽ aut nũmos unde uñ extricat amaral
Porrecto iugulo historias captiuus ut audit.

ficat hunc rufonẽ fœneratorẽ fuisse & eũdẽ historiæ malũ scriptorẽ: qui solius esset debitoribus suis audientiã exigere. ℣ Qui. n. c. t. ordo est. q̃ nisi unde extricat nũmos. Quid debitor nisi parauerit usuras: aut fortẽ audiet historias rufonis fœneratoris. i. lites & cõuitia. Alii dicũt historias: ꝓ hic malus historiographus fuerit adeo ut debitores eius cũ nõ haberẽt uñ redderẽt; ꝓ pœna eũ recitãtẽ suas historias paterent audire. ℣ Milero: debitori. ℣ Venere. c. qa in calẽdis sicut i epodo dixit i idibus qbuscũq; credita erat pecunia reddere cogebat. Et iste debitor nisi undecũq; extricasset. i. collegisset mercedẽ: aut nũmos audiebat ut captiuus amaras historias porrecto iugulo q̃si morti addicẽdus eẽt. ℣ Porrecto iu. iugulus icerti gñis ẽ: nã hic iugulus & iugulũ dr̃. Historias: iniurias cõtumelias ordo ut captiuus audit: ast hic allusit: qm̃ malus historiog. dicit̃ fuisse.

ℂ POR. Nam ui. n. f. n. Nemo est inquit qui in se uitia nõ habeat. ℣ Amicus. d. ut æquũ ẽ: ordo & sensus est: Cũ uitiis meis mea bona cõpenset. Sic ergo ex eo qd̃ ex bona per figurã syllepsim bonis assumimus. ℣ Amari si. u. h. l. in. r. p. e. allegoricos hoc significat: qui ignoscet uitiis meis indulgentia & ego uitia illius æstimabo. ℣ Qui tuberibus. p. o. a. p. i. u. i. Hæc allegoria ad præcedentem sensum & ad subiectũ ptinet. ℣ Deniq; q̃. e. u. i. deniq; inquit si nõ potes dissimulare uitia amicoꝝ: saltem talia illa æstimato q̃lia sint noli ea malignitate tua augere: deinde hinc paulatim discẽdit eo ut aduersus stoicos disputet: q̃ dicunt peccata omnia paria esse & similia: & aĩum spectãdum peccãtis: nõ quãtitatẽ rei in qua peccatũ est. ℣ Labeone ĩlanior. i. f. d. M. antistius labeo ꝓtorius iuris etiã peritus memor libertatis in qua natus erat multa cõtumaciter aduersus cæ. dixisse & fecisse dicit: ꝓp qd̃ nunc Hora. adulans Augusto insanum eũ dixit. ℣ Odisti & fugis ut. r. d. æ. Octauius drusus acerbus fœnerator fuisse traditur: idem scriptor historiarum ad quas audiendas significat. solitũ fuisse cogere debitores suos; qbus. f. alia audire pœna grauissima erat: hoc. n. significat porrecto iugulo.

ℂ CHRI. In trutina ponetur eadẽ. q. d. eadẽ trutina ponderabo tua uitia: qua tua mea. ℣ Tuberibus: optĩa translatio: nã in corpe tubercula maiuscula sunt q̃ uerrucæ: nã uerruca ꝓs est eminẽtior ĩ corpore: hos porros uocant: ergo tubera pro maioribus uitiis uerrucas pro minoribus posuit. ℣ Deniq; q̃tenus. Contra stoicorum dogma est qui uolunt uitia omnia paria esse. Cõpone autem sic. Cur non utitur ipsa ratio suis modulis & põderibus ut aliqua uitia maiora aliqua minora iudicet: & ut quæq; res est ita coerceat delicta supliciis. ℣ Si qs seruum probat parua delicta non esse magno suplicio afficienda exemplo serui. qui iussus reponere patinam cum semesis piscibus: si illos absumpserit una cum iure: non propterea sit cruci effigendus. Lygurire autem ẽ suauioribus escis uesci: inde alligurire est rẽ in hmõi epulis consumere. ℣ Labeone. M. Antistius labeo iurisperitus memorabilis libertatis. Nam in augustum libere inuectus est: leges & ĩstituta Cæsaris damnans Poeta autem hæc de illo scribit: ut Octauiano gratificetur. ℣ Rufonem: nomen proprium uiri. Hic ut ait Acron. Fœnerator fuit & malus historicus: qui solitus est a debitoribus audiẽtiam exigere: unde ꝓ pœna id erat non solu entibus uel historias pro contumeliis posuit: & allusit ad id ꝓ historicus esset.

Comminxit lectum potus mensæ ue catillum
Euandri manibus tritum deiecit ob hanc rem
Aut positum ante mea qa pullum ĩ pte catini
Sustulit esuriens minus hoc iucundus amicus
Sit mihi? quid faciam si furtum fecerit, aut si
Prodiderit commissa fida. spõsum ue negarit?
Q uis paria esse feræ placuit peccata. laborant
Cum uẽtũ ad ueꝝ ẽ: sensus morescq; repugnãt:
Atq; ipsa utilitas iusti prope mater & æqui,
Cum prorepserunt primis animalia terris
Mutũ & turpe pecus glãde atq; cubilia ꝓpter
Vnguibus & pugnis, dei fustibꝰ: atq; ita porro
Pugnabant armis, quæ post fabricauerat usus
Donec uerba: quibus uoces sensulq; notarent
Nominaq; inuenere, dehinc absistere bello,
Oppida cœperunt munire, & ponere leges
Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter:
Nã fuit ante helenam cunnus teterrima belli
Causa, sed ignotis perierunt mortibus illi
Q uos uenerẽ incertã rapientes more ferarum
Viribus æditior cædebat, ut in grege taurus.
Iura inuenta metu iniusti fateare necesse est:
Tempora si fastosq; uelis euoluere mundi.
Nec natura potest iusto secernere iniquum.

ℂ ACR. Cõmixit lectũ potus: iuitasti q̃ndã amicũ tuũ ad cœnã: is potus cõmixit lectũ tuũ: aut si fregerit catinũ: eo debes illũ odisse. Euãdri manibus euãdrũ ferũt cælatorẽ ac plasten atheniẽsem a. M. Ant: alexãdriã pductũ: & ide iter captiuos romã uenisse: hic allusit ad spẽm materiei dicẽs: Vas fictile celatũ fuisse. qa calicẽ deiecerit nobiliter factũ: iõ debet minus iucũdus uideri. Ordo: ob hãc rẽ minus iucũdꝰ amicus sit mihi: qa ante positũ pullũ ĩ mea pte catini sustulit: iõ hunc debeo ꝓsequi dogma rẽphendit stoicoꝝ: quia peccata paria eẽ dñt: & ait ne ipsos quidem in sniã ꝓmanere. ℣ Cũ. u. ad. u. ẽ. ad existimationem ĩ hoc ꝓ facilius diiudicat̃ furtũ q̃ homicidiũ qd̃ stoici uolũt. ℣ Sensus. m. r. Consuetudo ꝓbat nõ paria eẽ peccata: qa aliter punimus furẽ aliter homicidã. Sensus. n, aliter ĩdignat̃ animus cũ audierit homicidiũ aliter cũ furtũ. ℣ Atq; ipsa. u. i. p. m. &. æ. ĩgeniose ait iustũ & æquum ex utilitate procedere; inter iustum autẽ & æquũ hæc differẽtia est iustum eũ qd̃ ex lege descẽdit æquũ uero qd̃ ex natura. Maro. Haud uinclo: nec legibus æquam. Est eni utilitas uera iusti & uirtutis mater. Altera est quæ uñ pecuniaria. illa ergo utilitas iusti mr̃ repugnat ꝓceptis stoicoꝝ ostendere uult nõ esse iusticiã naturalẽ sed natã eẽ ex utilitate. ℣ Cũ ꝓprepserũt. f. ꝓcesserunt: docet qũo ex utilitate nata est iusticia: hyppallage: prima aĩalia hoies intelligendũ: ℣ Turpe: icultũ. Vsus: diligẽtia. ℣ Verba. q. u. f. q. n. Quia uerba & uoces notẽt & sensus nostros. ℣ De hinc absistere: zeugma: cœperunt posteaq̃ inuentæ sunt leges. ℣ Oppida cœperũt. m. hoc eo pertinet ut ꝓbet qd̃ supra dixerat hoies inter se ab initio cum orti sunt pugnam habuisse: sed primo ferino ritu deinde ad arma paulatim processisse: & ponere leges ne quis fur esset. Ecce ubi probat iusti matrem esse utilitatẽ. ℣ Sed ignotis perierunt. m. i. quia nemo de illis scripsit ignorãtur. ℣ Incertam: oĩbus expositam: quia non habebant certas uxores. ℣ Iura. i. m. i. f. n. ẽ ad huc ostẽdere uult iusticiam non esse naturalẽ sed inuentam propter utilitatem: natura. n. præstat scire q̃ sunt appetenda: quæ etiam fugienda: sed rõ quæ plus ualet: discernit iustum ab iniusto. ℣ Tempora. f. f. q;. u. e. m. Si antiquitatẽ uolueris retexere in qua leges nullæ erãt. inuenies iusticiã iuẽtã ꝓp utilitatem: non ꝓpter naturã Nec. n. p. i. nouit qd̃ sit amare: qd̃ dulce: qd̃ albũ: qd̃ nigrũ: qd̃ iustũ: qd̃ iniustũ nescit. Nõ põt. n. tollere cupiditatem hẽndi & tiorẽ amittẽdi. q̃ utraq; nõ ĩ natura sũt. sed ita nos docet & neq; iustũ diligit neq; uitupat iiustũ.

¶POR. Mensaue.Ca.e.Qui de personis horatianis scripserunt aiunt euandrũ hunc celatorem & plasten statuarum:quem.M.Antonium ab athenis Alexandriam transtulisse:inde inter captiuos romam perductum multa opera mirabilia fecisse.℣ Quis paria esse.f.p.p.Stoicorum dogma reprehendit: qui omnia peccata paria esse dicunt:& ait ne ipsos quidem in hac sententia permanere nisi uerbotenus.iã hinc tractatus habeatur: sed ut uere de amisso quæratur.℣ Atq; ipsa.u.i.p.mater & equi matrẽ recte dixit. ℣ Nã fuit ante.H.c.t.b.hoc eo pertinet ut ꝓbet id ꝙ dixerat homines inter se ab initio cũ orti sint pugnas habuisse primo ferino ritu:deinde paulatim ad arma ꝓcessisse.℣ Nec natura põt.i.f.i.non ita inquit per naturam quid iustum: quid iniustũ sit intelligere quis põt ut intelligit quid utile:qd inutile sit aut quo malum a bono distet.

¶CHRI. Euandri:hic celator athenienſis a.M.Antonio alexandriã perductus inter captiuos romã uenit. ℣ Si furtum fecit.Si illi irascor uel lectum cõmixerũt.i.mingendo urina madefecerit:uel potus.i.ebrius catinũ e mensa deiecerit:aut pullum gallinaceũ emea parte catini sustulerit:q̃ omnia parua sunt qd faciam si aut furtũ fecit:aut arcana sibi cõmissa palã fecerit:aut ꝓmissũ denegauerit? Quis paria eẽ Stoici phi q uolunt uitia oia paria eẽ.Laborãt.i.i sũma difficultate uersant cũ ẽ uentũ ad uerꝝ.i.ad cognitionẽ ueri.Sensus & mores qa aliter sentiunt : & alio mõ uiuũt. Nã sensus & mores repugnant. Nã sensus iudicat non paria sed disparia eẽ uitia.Et mores.i.hominũ consuetudo etiã repugnat.℣ Atq; ipsa utilitas: nam aduertimus nõ eẽ ex utilitate hominũ ꝙ uitia habeantur paria. Nõ.n.utile est ita puniẽdũ esse q seruo cõuitiatus ẽ q̃ eũ q patriã ꝓdiderit ℣ Prope.i.quasi mr̃ iusti & æqui nõ oio mr̃:sed quasi mr̃.Nã q̃uis a natura sit ipsa iusticia:tn̄ ab utilitate uires accepit:ob eamq; est magis aucta & seruata intellige aũt de ea utilitate quæ a recto se iungi non potest. Repugnat:nam si eadem pœna erit oibus uitiis non erit ex usu. ℣ Cum prorepserunt.Probat ut ex utilitate sit orta iusticia.Prorepserunt.i.in prima infantia nondum constabilito gradu repere cœperunt.Est.n. repere animalium pedibus carentium.℣ Primis terris.i.prima animalia terris.℣ Mutũ:de homine intelligit : sed mutum dicit nondum repertis rebus uocabulis.Vel infans turpe incultum sine moribus nec dum excitata in eo ratione.Pecus autem dixit quia ueluti expers rationis pecori similis uidebatur homo.℣ Glandem.Nam is cibus erat.Ergo animaduertit ex usu esse opus iusticia : ut excluderentur huiuscemodi contentiones.℣ Vnguibus & pu.nullis armis adhuc repertis.℣ Fustibus:lignorum frustis. Nam hæc & saxa prima arma fuere.Porro deinceps & post interuallum temporis. Et sequitur optimum ordinem : Primo enim nullis armis sed inermis manibus : deinde iis armis q̃ casus porrigebat : postremo illis quæ essent artificio parata. ℣ Verba & nominamam istis potuerũt sensa mentis exprimere & ex sermone societatem inire ; & ad illam seruandam iure oppidis primo mox legibus opus esse animaduertẽrunt. ℣ Nam fuit ante helenã.q.d.& si nõ fuerint celebrata a poetis alia adulteria quemadmodũ Home.celebrauit adulterium paridis: tamen etiam multa bella ꝓpter fœminas gesta sunt:quæ quia scriptoribus caruerunt:in memoria hominum non sunt. ℣ Tempora si fastosque.Ostendit iusticiam non esse naturalem:sed inuentam propter utilitatem:nam sunt inuenta iura metu iniusti.Natura enim præstat:ut sciamus quæ petenda & q̃ fugienda sunt & dat semina quædã: quibus a ratione exculti ipsa ratio discernit iustum ab iniusto:quod nõ discerneret natura: ut discernit dulce ab amaro. ℣ Fastos mondi:de fastis diximus.Hic intelligit omnia scriptorum monimenta : & dixit mundi:ut omnium ætatum & omniũ gentium res gestas cõplecteret.

¶ACR. Diuidit:ut bona diuersis.i.quomõ põt natura separe mala a bõis:ita nõ põt separare iusta ab iniustis sicut stoici uoluerũt.Natura.n.bõa ac fugienda opere suo attribuit : sed iustũ ab iniusto rõ secernit: quæ obtinet hoc:ut tantũ peccet: q caules eripuit q̃ q sacrilegiũ fecerit:nec uincet rõ:nec potest Probare ratio hoc ꝙ cũ is peccet q alienũ hortum uexarit q̃ q patrem occiderit. Nocturnus ꝓ noctu.ut alibi.Vos exemplaria greca nocturna uersate manu. ℣ Legerint:furatus sit: ut poeta. Vel q̃ sublegi tacit9.Vnde & sacrilegi dicti.Quæ pœnas irroget æquas: utpote paruis paruas magnis magnas.℣ Scutica: loro habena græca dixit deest non uereor:ne malignum supplicio afficias leuiore cũ mineris pari supplicio omnia peccata persequi : si tibi fuerit ĩperiũ.℣ Nã ut.f.c.eũ qui grauiora commisit.Nõ uereor:ná qui dicat paria eẽ peccata seuer9 admodũ ẽ: seuer9 ãt læuia supplicia nescit : ferre.℣ Falce recisurũ.Allegoricos supplicio ãputaturum.℣ Si.d.q.f.est dicũt Stoici sapiẽtẽ diuitẽ eẽ si mẽdicat & nobilẽ esse:si seruus sit:& pulcherrimũ esse ẽt si sordidus sit.Ordo iste ẽ si quis sapiẽs ẽ & diues est & sutor bõus & formosus: & rex ſm stoicã sectam ait ergo Horatius.Si.ſm te stoice sapiẽs hæc oia habet cur ad correctionẽ morũ regnũ petis quod te hr̃e dixisti.Cur optas ꝙ habes inconsiderate ait illum optare regnum cum sapientẽ ẽt si sutor sit regem esse dicat.℣ Non nosti quid.p.i.c.

Diuidit:ut bona diuersis.fugienda petendis.
Nec uincet rõ hoc: tantundem ut peccet idemq;
Qui teneros caules alieni fregerit horti:
Et qui nocturnus sacra diuum legerit.adsit
Regula peccatis.quæ pœnas irroget æquas.
Ne scutica dignum horribili sectere flagello.
Nam ut ferula cædas meritum maiora subire
Verbera.non uereor.cum dicas esse pares res.
Furta latrociniis & magnis parua mineris
Falce recisurum simili te.si tibi regnum
Permittant homines.si diues qui sapiens est:
Et sutor bonus.& solus formosus & est rex
Cur optas.qd habes? nõ nosti. quod pater ĩquit
Chrysippus dicat? sapiẽs crepidas sibi nunq̃
Nec soleas fecit:sutor tamẽ est sapiens.quo?
At quãuis tacet hermogenes: cantor tamen atq;
Optimus est modulator. ut alfenus uafer omni
Abiecto instrumento artis clausaq; taberna
Sutor erat sapiens operis:sic optimus omnis
Est opifex solus,sic rex,uellunt tibi barbam

Chrysippus restitutor stoicæ sectæ & eruditus præceptor de quo etiam Cicerõ meminit.Nunc autem personam contradicentis sibi iducit:ut & stoicos & reliquos obstupefaciat.℣ Soleas:caligulas bene inscias.℣ Quo Quomodo interrogatiue poeta.℣ Vt alfenus uafer omni instrumento artis:urbane satis alfenum uafrũ Cremonensem deridet:qui abiecta sutrina q̃ in municipio suo exercuerat.romam uenit:magistroq; usus sulpitio iurisconsulto ad tantam peruenit scientiã ut & consulatum gereret:& publico officio fungeretur.

¶POR. Nec uincet ratio hoc.t.ut.p.Nec hoc nunq̃ ratio obtinebit:ut eadem peccata credenda sint sacrilegi & eius qui caniculos de horto furatus sit.℣ Nocturnus.d.f.l.collegerit ac per hoc subduxerit: ac furatus sit unde sacrilegi impii qui hoc admittunt appellãt.℣ Nec scutica.d.h.l.f.Sẽsus.ne leuiter cedendũ flagellis uerberes: nam & illud te non moneo ne grauius puniendum ferula cedas : quoniam scio te nullum peccatũ leue putare esse.℣ Mineris falce rescisurum.Allegoricos ꝙ significat mineris eadem pœna uẽdicare: & magna & parua peccata.℣ Si diues qui sapiens est hoc ad illud refertur qd̃ de affectione sapientis stoici dixerat. Si tibi regnum permitant homines.Porro autem stoici existimant perfectæ sapientiæ uirum omnia habere:in quo & Lucil.uersatus sic ait.Nondum etiã hæc omnia habebit formosus diues.Liber & rex solus testetur,Quæ tamen poeta non simpliciter sed per derisum stoicorum dicit.℣ Non nosti quid pater inquit Chrysippus.Personam contradicentis poeta per urbanitatem fingit:ut & stoicos & alios quorum nomina subiecit derideat.Vt Alfenus uafer omni abie.i.artis.Clausaq; taber.su.e.Sic inquit Stoicus rex & qcquid sibi assignat potest dici:ut Alfenus sutor q̃uis tabernam clauserit & omne instrumentum sutrinæ uendiderit : is enĩ abiecta sutrina quam in municio suo exercuerat Romam petit.Marcoq; sulpitio iurisconsulto usus ad tantũ peruenit:ut consulatum gereret:& publico funere efferretur.

¶CHRI. Nec uincet ratio.Ratio ergo quæ iustum & iniustum inuenit non uincet hoc.i.nõ probabit .hoc: ut peccata paria sint:& tãtumdem peccet & qui olera furatur:& qui sacrilegium nocturnum cõmiserit. ℣ Teneros caules:non species herbæ est caulis sed omnes teneriores frondes caules dr̃.Quem autẽ uulgus caulem appellant:antiqui brassicam dixerunt.℣ Orti.ab oriendo:quia in hac agri spẽ plures q̃ alibi herbæ p totum annum oriantur.Hæc omnia quæ in ortis oriuntur olera ab oriendo dr̃.℣ Legerit:furatus fuerit : unde sacrilegium.℣ Aequas:non inter se æquas:sed æquas peccatis.℣ Scutica.faciliori uerbere.Nam flagellum durius est.Nam ut ferula. Admonui ne acerbiorem pœnam pares minori delicto.At nunc non monebo ne pares minorem maiori delicto.Nam cum tu putes esse peccata paria:non dubito quin omnia supplicia sint futura magna Ferula qua pueri a ꝓceptoribus uapulant:luue.Et nos ergo manus ferulæ subduximus.Et marti.℣ Tristesq; ferulæ sceptra pedagogorꝝ.Ingenui tamen Plinio auctore anguillarum pellibus uapulabãt.Feruiam inter externos frutices enumerat Plinius. Lignum corticis loco habet.i.forinsecus . Ligni autem loco fungosam intus medullam:ut sambuci.Calidis nascitur locis.Natura eadem est quæ aneto fructu similis Nulli fructicũ leuitas maior ob id baculorum usum senectuti præbet.Ignem ferulis optime seruari certum est: idq; prometheum inuenisse tradunt.In ægypto ꝑcellit:ferula reliquis animalibus pestiferum pabulum præbet Asinis gratissimum est.Quare id animal libero patri assignatur cui & ferula.℣ Furta clanculũ fiunt. ℣ Latrociniis. Violentæ sunt direptiones:qua non iusto bello exercentur:& ex insidiis a perditis hominibus inuiatores facto impetu aguntur.℣ Recisurum si.te.i.simili pœna punituru.Si diues qui sapiens est . In paraꝑoxa stoicorum ludit qui sapiẽtem omnia esse uolunt:ut sit rex:sit consul:sit diues.Quod si omnia est:eritq; quicunq; ex sordidioribus opificibus:ut sutor coriarius huiusmodi.℣ Cur optas:irridet stoicam sectam & q̃rit unde sit.si sapiens omnia est cur aliquid quærat.At quod respondent ex sententia Chrysippi esse quidem sutorem sapientem:sed ea potentia quæ statim ad actum deduci possit:& si non suat.Sicut hermogenes musicus est & cantor etiam si non cantet.Et alphenus etiam depositis sui artificii instrumentis & relicta taberna erit artifex sui artificii. Alphenus uafer cremonensis abiecto instrumento operæ tonstrinæ quod in municipio exercuerat Romam uenit magistroq; usus. Sulpitio iurisconsulto ad tantam scientiam uenit ut & consulatum gesserit:& publico funere sit elatus.℣ Crepidas. Actũs græcus ab eo quod est crepis.dos.calcei genus est quo solum pedis uestitur: superioribus partibus nudis relictis.Persius.Non hic qui in crepidas graiorum ludere gestit.Latine solea ob id dr̃.Item gallica:ut placet. A.gelio.Hinc crepidarii:qui tale sunt calciamentũ. Puto tamen hæc differre forma:q̃uis eidem rei seruiant. Vellunt tibi bar. Adeo eridicula hæc uulgus putat: ut non solum uerbis illudant:sed etiam audent pueri barbam uellere.

Lasciui pueri.quos tu nisi fuste coerces
Vrgeris turba circum te stante.miserq;
Rumperis:& latras magnorũ maxime regũ.
Ne longum faciam.dum tu quadrãte lauatũ
Rex ibis:neq; te quisquã stipator ineptum
Præter crispinum sectabitur & mihi dulces
Ignoscent:si quid peccauero stultus: amici.
Inq; uicem illorum patiar delicta libenter
Priuatusq; magis uiuam te rege beatus:

¶ACR. Lasciui pueri:aut quia epicurei dicũt sũmum bonum in uoluptate positum:aut simpliciter lasciuos pueros dixit.℣ Dum tu quadrãte lauatum rex ibis:per irrisionem dixit:dũ tu rex quadrante leuatũ ibis:quod rex non facit & est Sensus:iste quemadmodum nõ potes probare te regẽ esse ita nõ põt probare paria esse peccata.Nam qua ratione rex es:qui nũmodato lauas te:& uno comite pergis ad balneum Mihi autem ignoscent amici mei:si quid peccauero . Et ego illis:idest dum tu contemnis omnia & dicis non esse uẽiam dãdam peccatis & dicis omnia paccata eẽ ego si quid peccauero impetro ab illis ueniam : & in uicem præsto perutramque ego partem nititur Horatius probare neque regem esse stoicum: neq; paria eẽ peccata dicẽdo náq; dum tu pergis lauatũ nũmodato probat non esse regem dicendo etiam ignoscent mihi amici: & ego illis ostendit : peccata non esse paria.

nam ſicut peccatum dignum eſt uenia peccata paria eſſe non poſſunt uſq; adeo non es rex: ſi ad uellēdam barbam tuam ueniunt pueri niſi baculo uindiceris. ℣ Beatus. pro beatior.

ℭ POR. Vellunt: t.b. Laſciui pueri. Quomodo rex es inquit. Stoice cum petulantiam puerorum barbāti bi uellentium: non aliter poſſis repellere q̄ baculo tuo per quod oſtendit uaniſſima perſuaſione ſibi uendicare q̄ neq; habeat. ℣ Dum tu. q. l. rex ibis per quam urbane. Senſus autem quādiu tu ſolus lauabis quadrante balneatori dato: neq; quicq̄ comitabit̄ unus Criſpinus diſciplinæ ſtoicæ ſectator facile erit ſic non paria eē peccata oīum: ut nō ꝓbēt te regē eſſe. ℣ Priuatuſq; m. u. t. r. b. ordo & ſenſus eſt. magis beatus uiuet q̄ tu rex.

ℭ CHRI. Laſciui pueri. Epicureos itelligit Acron: qui maxime ſtoicis aduerſabātur. Et certo iſti dū ſummum bonum in corporis uoluptate ponunt: & pueriliter ſapere & pueriliter laſciuire uidentur. Poſſumus tñ & de ceteris intelligere. ℣ Quadrante. q. d. non regia ſed priuata mercede. ℣ Quos tu. n. f. Circunſtabunt & frequentia ſua urgent ipſi pueri: niſi fuſte eos abegeris. Et cum regem dicas: nemo te ueluti regem ſtipabit: præter Criſpinum ſtoicum: de quo iam dictum eſt. Quapropter quēadmodum non potes te regem probare ſic neq; paria uitia eē probabis. Ergo ignoſcent mihi amici: ſi q̄dā ex inſcitia: aut ſtultitia peccauero quoniam minora hæc uitia putabunt: uiciſſimq; a me illis ignoſcetur. Et beatus uiuam ſic priuatus: idest nō ſapiens & propterea non rex. ℣ Te rege: idest qui te regem putas: quoniam tibi ſapiens uideris.

ℭ ACR. Eupolis atq; crati. Eupolis cratinus ariſtophanes hi primi archeas comœdias ſcripſerunt: in quibus hominum uitia amaritudine ſtili ſecuerunt mire autem origo ſatyræ per hoc oſtēditur. ℣ Hoſce. prædictos poetas græcos. ℣ Facetus. habens peritiam riſum mouēdi & ſecandi homines uitioſos. ℣ Emunctæ. n. ſignificat ſapiētē qa ecōtrario mungoſum ſtultū appellamus. ℣ Durus: aſp ad cōponendos uerſus. Nam fuit in hoc uitioſus ut aſperos uerſus faceret. ℣ In hora ſæpe ducentos ut. m. u. d. putabat maximū ſi multos uerſus in momento feciſſet ſicuti magnum ſed nō ē magnum multos uerſus ſcribere: ſed bonos q̄uis paucos. ℣ Lutulentus ſordidus: cui cōtrariū luculentus hoc eſt non liquida & pura cōſciētia. ℣ Erat q. t. u. etiā quando aſperos faciebat uerſus: erat quod uelles imitari: hoc ē erat in aſperis uerſibus illis aliquid dignum imitatione. ℣ Piger ſcribendi ferre laborem. ſ. r. Scribendi recte non ferebat laborem. nam ſcribendi q̄ocunq; ferebat. ℣ Vt multū: ſenſus nam in multum ſcribendo nil differo facilem fuiſſe.

ℭ POR. Eupolis atq; cra. ari. p. Hi archæas comœdias ſcripſerūt in quibus ciuium uitia amaritudine. ſ. prodiderunt. Mire auē per hoc origo ſatyre oſtenditur. ℣ Mutatis. t. pe. n. q. fa. qa. ſ. alio metro uſi ſunt antiqui poetæ qui comœdias ſcripſerunt: alio Lucilius ſatyras cōpoſuit. ℣ Emūctæ. n. uerſus elegātes & decentes. ℣ Vt. m. u. d. ſt. p. in uno. Hoc eſt magnam rem ſe facere putans ſi multos uerſus minimo tempuſculo dictaret. ℣ Cum. fl. l. e. quod. t. u. i. poſſes. Allegoricos a flumine quo ſignificat multa eum: ſed inordinate dixiſſe: ex quibus tantum ſunt nonnulla quæ uelis inde excerpere & pro tuis habere. ℣ Scribēdi recte nā ut. m. n. m. non inquit laborabat non ut recte ſcriberet: ſed multum: ſed ego hoc nolo.

ℭ CHRI. Eupolis &. c. a. p. Defendit ſe ab his qui cum iure repræhenderētur: neq; aliter defendere ſe ualerent nimis illum mordacē eſſe dicebant. Atque a principio negat ſe poetam eſſe; propterea q; minime timēdum. Addit poſtremo ſe non ingenii malignitate quempiā lacerare: ſed animi libertate & paternis inſtitutis multa flagitia æquo animo ferre non poſſe: ſed profecto genus nominum peruicaciſſimum eſt: qui cum male agant ſtultorum ægrotantium morem ſecuti medicas manus & ſaluberrimas pati nolunt: ſed in medicum tanq̄ crudelem nimis nimiſque aſperum inuehuntur: ita & hi cum factum defendere non ualeant in eos: qui illos meliores reddere tentant: iurgia retorquent. Eupolis: & cratinus Ariſtote. Hi principes interueteres comicos fuerunt. Sed & de ueteri & de noua comœdia & de inuentione ſatyræ abunde circa principia dictum eſt. ℣ Famoſus: multa infamia notatus. ℣ Notabant. Mirifice oſtendit originem latine ſatyræ. ℣ Hinc ab hac libertate reprehendendi. Dicimus autem aliquem pendere ex re: cum niſi illa ſit ipſe ſtare non poſſit: ergo Lucilii poema remota illa reprehenſione nihil erit. ℣ Mutatis pedibus: quia non comicis utitur uerſibus: ſed hexametris. ℣ Numeris rithmis de quibus dictum eſt. ℣ Facetus: quia mirus in hominum moribus agendis atq; exprimendis. ℣ Emunctæ naris. Emungere nares eſt illas a mucis purgare: & qui nares emūctas habent & acrius olfaciunt & clarius loquuntur. Ergo. e. n. ſignificat aptum ad uitia inueſtiganda ac inueſtigata planius eloquēdum. ℣ Durus: qa nō facile fluāt ſui uerſus. Verum de hoc ita Quitilianus Satyra quidem tota noſtra eſt in q̄ inſignē laudē adeptus ē Lucilius: qui quoſdā ita deditos adhuc hēt amatores: ut eū nō eiuſdē mō opis auctoribus ſed oībus poetis præferre non dubitēt. Ergo q̄tū ab illis tm̄ ab Hora. diſcutio qui Luciliū fluere lutulēte & eē illic aliqd qd̄ tollere poſſis putat nā eruditio in eo mira & libertas atq; inde acerbitas: & abunde ſalis. Hæc Quinti. Iuuen. aūt hois uehemētiā admirās ait. Enſe uelut ſtricto quotiens

Satyra quarta.

Eupolis atq; cratinus ariſtophaneſq; poetæ
Atq; alii quorum comœdia priſca uirorum eſt
Siquis erat dignus deſcribi qd̄ malus aut fur
Q d̄ mœchus foret, aut ſicarius aut alioquin
Famoſus, multa cum libertate notabat.
Hinc omnis pendet, lucilius, hoſce ſecutus
Mutatis tantum pedibus numeriſq; facetus,
Emunctæ naris durus componere uerſus.
Nā fuit hoc uitioſus: in hora ſæpe ducentos:
Vt magnum uerſus dictabat ſtās pede i uno
Cū flueret lutulētus erat quod tollere uelles
Garrulus atq; piger ſcribendi ferre laborem
Scribēdi recte: nā ut multum nil moror, ecce

Lucilius ardēs ifremuit: rubet auditor cui frigida mēs ē. Quapp nō nrum ē iter hos diiudicare p̄ferti cū illius poema nunq̄ uiderimus. Sed potuit iter tot uirtutes durities uitiū cōcurrere in uno pede. Quaſi cogitabūdus: uel anteq̄ ſe moueret. ℣ Lutulētus: Trāſlatio a flumīe diluuio aucto habebat. n. copiā uerbor̄: ſed nō elegantiam. ℣ Tollere. u. q. d. inter bona erant quædam mutanda. ℣ Garrulus. Superuacaneus in uerbis & inepte loquax. ℣ Piger. f. i. ad ferendum laborem. q. d. ſi laborem emendandi non recuſaſſet potuiſſet garrulitatis uitium euitare. ℣ Nam ut. m. nihil impedio. q. d. ſtatim concedo ipſum poſſe multū ſcribere: ſed recte non concedo: nam multa ſine elegantia & delectu ſcribere multi dicunt. Quod defectum ſignificat. Nam qui iudicio pollent: huiuſmodi errorem cognoſcunt: itaq; uel emendant uel a ſcribendo abſtinent.

Criſpinus minimo me prouocat. accipe ſi uis
Accipe iam tabulas: det̄ nobis locus, horati
Cuſtodes. uideāus uter plus ſcribere poſſit.
Dii bene fecerunt inopis me q̄q; puſilli
Finxerunt animi: raro & ꝓpauca loquentis.
At tu concluſas hircinis follibus auras
Vſq; laborantes: dum ferrum molliat ignis,
Vt mauis imitare, beatus fannius ultro
Delatis capſis & imagine, cū mea nemo
Scripta legat uulgo recitare timētis ob hāc rē
Q d̄ſūt quos gēus hoc mīe iuuat: utpote plēs
Culpari dignos, quem uis media elige turba
Aut ob auaritiā: aut miſera ambitiōe laborat
Hic nuptarū inſanit amoribus, hic pueroꝝ.
Hūc capit argenti ſplēdor ſtupet albius ærę.
Hic mutat merces ſurgente a ſole ad eū quo
Veſptina tepet regio, quin p mala præceps
Fert̄ uti puluis collectus turbine, ne quid
Sūma depdat metuens: aut ampliet ut rem
Omnes hi metuunt uerſus, odere pœtas,
Fœnū hēt in cornu, longe fuge, dū mō riſum
Excutiat ſibi: non hic cuiquā parcet amico,

¶ CHRI. Cum tot.f. & t.n.f. Ad augustũ liber ẽ. Nã & apud Sueto. legitur epistola Augusti Hor. arguentis q̃ ad se non scribat. Excusat ergo se non scribere: ne illũ tot negociis occupatũ impediat & simul eius laudes aggredit̃: in tota autẽ epistola subtiliter in fauore poetarũ uersat̃. Est aũt principiũ pene heroicũ: & quo optimi sapientissimiq; ducis officium absolutissime describat. Quã q̃dẽ rem si attẽtius legeris: Illustrissime Guido feltri: in ea tanq̃ in nitidissimo speculo parẽtis tui Federici feltrii ducis inuictissimi plurimas stupendasq; uirtutes cõtẽplaberis. Nã qd poeta noster in augustũ scribit: quod optimo suo iure sibi Federicus nõ uẽdicet? Quid inq̃ earũ rerũ: quæ principiũ uitam oĩbus laudibus accumulatã: & domi: & militiæ reddũt: ĩ nro prĩcipe desideratũ est? Sed uide iam quæ de augusto dicat: ut eadẽ de parente tuo dicta putes. Est aũt ordo. Pecem pro peccabo si ego detineã te o cæsar lõgo sermone. Cũ tu solus sustineas tot & tanta negocia. ¶ Solus sustineas: optimus.n. princeps non solus consultat: sed eligit quos prudẽtia fideq; insignes nouit: cũ quibus cõsulte: sed tñ solus sustinet: quia non ita cuiq̃ aliq̃d demandat quin ipse pariter quoad res patiat̃ curet. Oĩa circũspicit: oĩbus cõsulit: nihil omittit: nihil negligit ergo sustinet solus. cõsultat cũ pluribus. Quæ cã ẽ ut princeps de se loquens: ita dicat ueluti de pluribus loquatur. Non.n. ait ita decreui: ita iubeo: sed ita decreuimus: ita iubemus. neq; hoc superbia adinuenit: ut tanq̃ se unũ p oĩbus cẽseat: sed modestia pepit: ut nõ suæ prudẽtiæ cuncta arroget: sed ut aliorũ quoq; cõsilio egere & cũ egeat libenter uti demõstret. cõtraq; honorificẽtius illi est ut singulari numero: & non plurali saluet̃. cũ.n. dixero te q̃so rex: teq; appello ĩ solo ipso magis cũcta reposita esse demõstro: q̃ cũ dixero uobis supplex sum o rex: uestrãq; opẽ imploro. Sed barbarica q̃dam adulatio oĩa: & puertit: & iuertit. Sed ad rẽ redeo. ¶ Sustineas: ergo nõ succũbis honeri: sed eo aĩ robore: ea prudẽtia es ut ẽt quæ grauissima sunt sustineas. ¶ Res italas: is.n. princeps nõ solũ inter mortales prius habẽdus: sed ẽt si dicere licet: deo similis putãdus: q̃ & armis ĩperiũ tutari possit: & rempu. uirtutibus ornet: & uitiis purget. ¶ Res italas. Imperiũ latinũ quo nihil maius fuit: ergo nullũ. maius pondus eo est quod tu sustines. ¶ Tuteris. optime dixit. Nõ.n. armis ad alioq; iniuriã abuti: sed in nostrã defensionẽ uti debemus. non igitur ut inferatur. sed ut ꝓpulsetur iniuria arma bonus princeps sumit. ¶ Moribus: ornes. ¶ Tutaris imperiũ: ergo pacẽ uel si est cõseruas: uel si ab aliis uiolata fuerit restituis nulla.n. alia rõne bella sumenda sunt: nisi ut in pace uiuamus: sed quia iers oĩno ac desidia plena pax erit: nisi uirtutibus illustret̃: & excellẽtibus uiris ornetur nõ temere adiũxit. ¶ Moribus ornes. i. uirtutibus quæ a moribus sunt. Vel moribus quasi optima consuetudine inducta: quæ oẽs parit uirtutes. ¶ Legibus.e. nã qui moribus atq; optimis exẽplis ad uirtutẽ a uitiis adduci nõ pñt ii metu pœnæ quæ ex legibus inferr̃ coercendi sunt. ¶ Legibus: nã ut etiã apud institutiones iuris ciuilis est. Imperatoriam maiestatem non solũ armis decoratã: sed legibus armatã esse oportet. ¶ Incommoda.p. non solũ.n. errata quæ & ipsa damnũ maximũ reipu. afferunt: ueq; ẽt oĩa ĩcommoda legibus amouẽda sunt. ¶ Romulus: q̃to omnibus iĩtis quos enumerat excellẽtior fit augustus: ex eo demõstrat quod illi uiuẽtes inuidiam superare nequerint. Augustus autem usq; adeo illam extixit: ut uiuẽti sibi diuini sint honores decreti. ¶ Aspera bella componunt: i. finiũt: qa regiones pacabãt: ut nõ sit laus ingerẽdo bello: sed in pace inducẽda. ¶ Agros assignãt. uel qa coloniis deserta loca replebãt: uel qa ut lites tollerent unicuiq; suũ esse uolebant. ¶ Supremo fine. i. ipsa morte & non antea. ¶ Vrit.n. Ostẽdit quare inuidia nõnisi morte domet̃. nam ille qui pregrauat artes infra se positas. i. qui adeo excellit ut oẽs uirtutes inferiores sesint: urit. i. accendit homines ad inuidiam. Sed tu tua magnitudine rerũ omnẽ inuidiã superasti. Inuidemus.n. hominibus usq; ad aliquod spacium quo & nos peruenire posse speramus. Sed si in altiora iam euolarint non amplius inuidemus. Quapropter græci ea quæ uehementer excellũt apthona. idest sine inuidia dicunt.

Præsenti tibi maturos largimur honores:
Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras.
Nil oriturum alias nil ortum tale fatentes.
Sed tuus hic populus sapiẽs & iustus in uno.
Te nostris ducibus: te graiis ante ferendo:
Cætera nequaquam simili ratione modoq;
Aestimat: & nisi quæ terris semota suisq;
Temporibus defuncta uidet, fastidit, & odit.
Sic fautor ueterũ ut tabulas peccare uetantes.

¶ ACR. Nil oriturũ: nil inq̃t alio tpe tam magnum ortũ est. uel oriturũ adhuc q̃cq̃ est. ¶ Sed tuus hic po. populus inquit romanus in hac re sola iustus: & sapiens est: q̃ te pfert oĩbus ducibus suis oĩbusq; græcis: sed in hoc: q̃ cætera non simili ratione põderat: stulte agit dum oĩa noua fastidit: quæ a poetis scribũtur in tãtũ delectans ueteribus: ut legem ro. quæ in.xii. tabulis cõtinet̃: & fœdera sub antiquis legibus facta: uel q̃ romani fecerũt cũ sabinis: & libros annales ita pro uero teneant: quasi musæ locutæ sint in albano monte. ¶ Sabinis: post q̃.n. sabini pacẽ cum romanis inierunt fœdera amicitiæ conscripserunt. ¶ Albano: quia egeria nympha dicebatur loqui cum Numma Pompilio

in albano mõte. ¶ Si quia græcorum: si iõ negat Rom. Pop. nouos bonos esse qa nõ antiq nihil restat nisi ut denegemus ea q̃ naturalia uelut os oleæ non sit durũ & testa nucis nõ sit dura quod cõrariũ est. ¶ Trutina: in eadẽ ætate quia græci poetæ antiquiores sunt q̃ latini & ob hoc obiectiones latinis sunt omnino iniustæ. ¶ Venimus.a.s.f.ergo pfecti sumus nõ hẽt ãplius fortuna q̃ pstet arroget annus: si inquit uetustas & honestas in carmine tanq̃ in uino ptps inqrẽda ẽ uelim scire quot annis laudabile carmẽ. Vtq̃ illud carmẽ q̃ retro centũ annos cõpositum est aut illud quod nuper.

Quas bisquinq̃ uiri sanxere. & fœdera regum
Vel gabiis uel cum rigidis æquata sabinis.
Pontificum libros annosa uolumina uatum
Dictitet albano musas in monte locutas.
Si quia græcorum sunt antiquissima quæq̃
Scripta uel optima. romani pensantur eadem
Scriptores trutina. non est. qd̃ multa loq̃mur.
Nil intra est oleam. nil extra est in nuce duri.
Venimus ad sũmũ fortunæ. pinguimus. atq̃
Psallimus. & luctamur achiuis doctius unctis
Si meliora dies ut uina poemata reddit.
Scire ueli chartis pciũ quotus arroget annus
Scriptor. abhinc annos centu qui decidit iter
Perfectos uetereſq̃ referri debet an inter.
Viles atq̃ nouos: excludat iurgia finis.
Est uetus atq̃ probus. centũ qui pficit annos

¶ POR. Vrit.n.splendore.quo fulget: & bene urit ad ful.rettulit. ¶ Præsenti: uiuẽti sed splendidius hoc est qui glossenaticos. Maturos accelerato uel oportunos meritis tuis atq̃ maturos & recte aliis.n. non maturi sed seri honores dati sunt: iurandaſq̃ ac per hoc diuinos tibi honores decernimus. ¶ Nil ori.a.& hoc splendidius quasi nasci deberet uel natum esse dixisset: oritur enim sol exoriri dicitur dux. ¶ Sed.t.h.p.i. hac sola re sapit q̃ te omnibus pponi: in cæteris autẽ peccat qui nil optimum nisi antiquum putat & sui tẽporis uniuersa cõtemnit. ¶ Terris sem.suisq̃ uetera ac demortua. ¶ Fastidit & odit: auxesis: plus enim odit quam fastidit. ¶ Suis temporibus defuncta: quæ sua tempora compleuerint ac finierint. ¶ Sic.f.u.adeo ueteribus faueas ut etiam legum.xii.tabulas a.x.uiris scriptas & phœdera sub regibus facta tunc Romanis uel cum sabinis uel albanis latina esse uideantur ob austeram & rancidam uetustatem. Pontificum libros: utrum annales an pontificium ius significat. ¶ Annosa uolumina ua. Veteres martii uates sybille. ¶ Monte: cur in albano monte. Vtrum propter uetustatem quod ante romam alba regnauit. ¶ Si.q.g.s.hæc tota sententia usq̃ miratur nihil nisi quod libitina sacrauit hunc sensum continet. si ideo carmina antiquissima quæq̃ laudantur: quia antiquissimi quiq̃ græcorum optimæ scripserunt eos reditus: & secundum eandem debeat ut romanis poeta fastim placere. quod si non est: quod multa tamen etiam ut illi quiq̃ mãifesta sunt: non enim secundi doctrina sumus uerum etiam græcos uicimus sin autem tempus & uetustas in carmine tanq̃ in uino sit inquirenda uel in scire quotus annus probum carmen efficiat: quo ipso facile demonstrat stultitiæ esse in libris cõsiderare non meritum. ¶ Eadem. eodem examine eodem iudicio eadem æstimatione. ¶ Nil intra.e.o.negant manifesta: nam constat intra oleam & extra nucem esse duriciam. ¶ Venimus.a.s.f.utrum in imperio ac cæteris in rebus quas enumerat: non habet inquit quod nobis amplius fortuna iam præstet: ergo & perfecti poetæ sumus: sed hoc intelligi quæ dici a se maluit. ¶ Qui decidit. Qui defunctus est: excludat iurgia finis tanq̃ tacẽte urget an numerus annorum sit signandus: pone inquit finem & iam nulla contentio est. ¶ Veteres bonos: antiquos: & præsens & postera respuit ætas. ¶ Malos.s.

¶ CHRI. Sed tuus hic populus. Snia est: q̃ quẽadmodũ recte de te sentit cum pponit te cæteris: sic non recte de rebus aliis indicat. Nam in poetis iudicãdis sp ueteres sola uetustate motus nouis antepõit. ¶ Tabulas. p.u. Librum itelligit.xii. tabulaq̃. Sed tu breuissime originem iuris romanoq̃ prosequar Romulus cũ i.xxx. partes quas curias appellauit populũ diuisisset leges quasdã tulit quas curiatas appellauit. Tulerunt & seqntes reges: q̃s oẽs qm̃ a sex.papirio q̃ priscis tpibus fuit suo ordine in unũ uolumen redacte sunt ius papirianũ appellarũt. Exactis uero regibus lege a tribunis lata oẽs leges exoluere. Ac deide p.xxx.an. consuetudin: potius q̃ certo iure uixit Po.Ro. Inde creati sunt decẽuiri anno urbis altero &.ccc.q̃ cõquirerẽt leges a græcis ciuitatibus quas in.x.tabulas eburneas pscriptas in rostris poluerunt: ut possent leges aptius pspici fuitq̃ illis ius in ciuitate eo anno summũ: ut nulla eẽt ab illis ꝓuocatio: ut leges corrigerẽt: & si quid uiderẽt adderent. Itaq̃ sequẽti anno alias duas addiderũt. Vnde fuit.xii.tabulaq̃ liber. Quaq̃ ferẽdaq̃ auctorẽ dicũt fuisse decẽuiris. Hermodoq̃ quẽdam ephesiũ in italia exulatẽ. Hinc uero exorta est prudentium interprætatio & disputatio fori. Hæc interprætatio sine scriptis nomen propriũ nõ hãs ius ciuile dr̃. Inde ex iis legibus eodẽ fere tẽpore actiones compositæ sunt qbus inter se hoies disceptarẽt: quas ne pro suo arbitrio hoies instituerẽt: certas & solẽnes esse uoluerũt. Hæc ãt pars iuris legis actiones appellant. Sciẽtia tñ interprætãdi & actiões apud collegiũ põtificũ erat ex qb̃ cõstituebat qs quoq̃ ãno pesset. q̃ cõsuetudo ãnis fer cẽtũ durauit. Postea cũ Appius Claudius ꝓposuisset & ad formas redegisset has actiones Cn. flauius scriba eius & libertini filius subrẽptũ librũ populo tradidit. Vñ meruit tri.ple. Senator ac ædilis fieri. Hocq̃ ius Flauianũ ut illud papirianũ dixerũt. Inde Sex.helius alias actiões cõposuit: & populo tradidit: quod ius helianũ dixerũt. Intercedẽte deinde discordia secessit populus: & sibi iura cõstituit: q̃ plebiscita dr̃. Inde cũ tantũ populũ coire difficile eẽt cura ad senatũ reiecta senatus cõsulta nata sunt. ¶ Peccare uetam. Quoniã leges peccãtibus pœnas instituũt. ¶ Bis quiq̃ ui. Hi ãt fuerunt Appius claudius. T. Genutius. P. Sextilis. L. Veturius. C. Iulius. Aulus Manlius. C. sulpitius. P. Curiatius. T. Romuleius. Spu. Posthumius. ¶ Fœdera re. Leges antea a regibus conditas intelligit. ¶ Aequata: ex equo cõposita. Nã. T. Tacius cũ quiritibus sabinis æquo iure in ciuitatẽ receptus: est ita ut urbis nomen roma maneret. Ciues autẽ non romani: sed quirites appellarẽtur. ¶ Pontificum. libros. Quia ut

supra dixi scientia interpretãdi & actiones apud collegiũ pontificũ erant. Vel intelligamus ius pontificium. ¶ Rigidis. Seueris ut supra ostendimus. Si quia græcorũ. Si romanorum poetarũ ita quisq̃ optimus habet ut est uetustissimus: quia hoc de græcis euenit. ¶ Non est quod multa loquamur. q.d. nõ est disputãdũ cõtra istos: qui nullã afferunt rõnem. Nã secũdũ istos olea non habet intra se ossulũ: neq̃ nux extra se hẽt corticẽ. i. affirmãt cũcta pro libidine: & ea quæ uerissima sunt: negant. ¶ Venimus ad summũ fortunæ. Recte qa multi nõ ob uirturẽ: sed ob fortunã laudãtur. ¶ Achiuis: doctius. Nã istaq̃ oium artiũ palma illis cõceditur sed isti ut stulte laudãt poetas a uetustate. sic falso præferent nos græcis in artibus in quibus ipsi præualent. ¶ Si me. d. acuta inqsitio. iterrogat. n. si ueq̃ sit q̃ uetustiores meliores sint quotus annus erit qui faciat poetam ueterẽ: q̃ si centesimum dicas interrogat ulterius si sit minor uno anno an inter ueteres sit enumerãdus. Tu concedes inter ueteres: qm̃ anni spacium breuissima res est ad centum an. Ille autem minuet aliũ annum. Atq̃ ita paulatim minuendo reducet hunc qui æstimat poetas ex uetustate ad breue spacium.

Quid. qui deperit minor uno mense uel anno
Inter quos referendus erit: ueteres ne poetas:
An quos & præsens & postera respuit ætas:
Iste quidem ueteres inter ponetur honeste
Qui uel mense breui uel toto est iunior anno
Vtor promisso caudæq̃ pilos ut equine
Paulatim uello. & demo unum demo ẽt unũ
Dum cadet elusus rõne ruentis acerui
Qui redit ad fastos & uirtutẽ æstimat annis
Miraturq̃ nihil. nisi quod libithina sacrauit.
Ennius & sapiens & fortis & alter homerus
Vt critici dicunt leuiter curare uidetur
Quo promissa cadant & somnia pythagorea.
Neuius in manibus nõ est & mentibus hæret
Pœna recens. adeo sanctũ est uetus oẽ poema
Ambigit̃ quotiens uter utro sit ꝓpior. aufert
Pacuuius docti famã senis. accius alti
Dicitur affrani toga conuenisse menandro.
Plautus ad exemplar siculi ꝓperare epicarmi
Vincere cecilius grauitate. terentius arte.
Hos edisci: & hos arcto stipata theatro
Spectat rõa potẽs: hẽt hos numeratq̃ poetas
Ad nostrum tempus liuii scriptoris ab æuo.
Interdum uulgus rectũ uidet. est: ubi peccat:

¶ ACR. Caudæq̃ pilos: sic inquit paulatim carpitur cauda eq quousq̃ tota sit extracta ita & ego paulatim euellam numerum annorum dõec sub dicto aceruo numeri decipiatur ille qui per uetustatem laudat poetas & extenuat uirtutem carminis eorũ numero annorum. ¶ Ennius. i. pithagoræ animã ad se uẽisse in somnis dicit: & nil de phia scripsit. ¶ Vt. c.d. criticos græce latine dr̃ iudex: secũdũ quorum sniam. ¶ Ennius secundus fuit: per hos ergo poetas qui sequũt̃ ondit sapiẽtiores eẽ nouellos q̃ ueteres qa quãto iuniores tãto pspicatiores. ¶ Leuiter: hoc ẽ uilior q̃ putabat̃ nec pmissis suis satisfaciat. nã dixerat in somnis se uidisse q̃ anima homeri in ipsum & pauonẽ trãsisset. Sed nõ ita dicit Ennius ut Hõe. simi lis uideat̃. nã mixta leuia & digna auctoritate ĩ operẽ eius iueniũt̃. ¶ Quo ꝓ.c. quo tẽdat ut possit respõdere ꝓmissis: pithagoras. n. dicit aias indiuersa corpa transitũ facere: & dicit illũ nihil pẽdere quo cadant pmissa. i. utq̃ ita sit nec ne. ¶ Pithagorea, aliter licet uideret. Ennius in sõnis aiam pythagoræ in corpus eius uenire nõ ẽ tñ secutus eũ in oibus qa pythagoras scripsit phiam. Ennius uero uersus. ¶ Tũc ergo quare inferius scripsit. ¶ Affrani toga. Affranius togatus comœdiã scripsit latinam. Nã græce palliatæ dicunt̃ qui & menãdrũ stilũ secutus: & ideo toga illius dr̃ ei cõuenisse. i. stilus. ¶ Grauitate. Cælius libros uicit antiquiores alta uerba in suo carmine & sonora ponere solitus. ¶ Ter arte. i. ꝓprietate uerborũ & artis grãmaticæ. Vñ principatũ iter oẽs comicos hr̃e dr̃. ¶ Hos. e. antiqores. ¶ Neuiũ. sophoclẽ. Euripidẽ. Affrãiũ. Epicarmũ didicisse romæ i schola & admirat̃ in theatris despiciẽs iũiores. licet illi pcellãt: equidẽ expurgam se dicit q̃ non propter inuidiam talia loquatur de ueteribus poetis.

¶ POR. Est uetus atq̃ probus: hoc q̃si ex alia pſona dicitur. ¶ Quid. q.d. Hoc Horat. ex pſona sua dicit. ¶ Iste. q.u. hoc ex alia persona. ¶ Vtor pro. ex sua persona. ¶ Vt. e. i. singulos. ¶ Dum. c. e. tandiu singulos annos detrahã: donec paulatim subducto aceruo nũeri decipiat̃. elusus. ¶ Qui. r.a.f. qui ad summa tpa uocat poetas & hoc uincer uel in augẽdis uel iminuendis aceruis. ¶ Qui. r.a.f. qui per cõsules: annorum colligit numerum. ¶ Miraturq̃. n. & qui nihil laudat. nisi q̃ elatũ fuerit & sepultũ. Mire ergo dictũ & facere libithina sacrauit quasi ab ipso feretro: uenerationẽ acceperit poeta defunctus. ¶ Leuiter. c.u. securus iam de prouentu laudis suæ est ennius propter quam ante sollicitus fuerat. Ennius in principio annaliũ suorum somniasse scripsit admonitus quod secundũ Pythagoræ dogma anima Homeri in suum corpus uenisset. Facete autem somnia pythagorea dixit: ut ipsum & pythagoram cum sua mente persychosi uidere uideatur. ¶ Leuiter. c. securus eẽ. ¶ Quo ca. quẽ successum habeat̃ ostẽdit. n. sine difficultate ueteres poetas solere laudari. ¶ Sõnia pythagorea libri annaliũ. ¶ Ambigitur: quotiens uter utro. ¶ Aufert pacuuius docti famam senis cum ambigitur uter sit prior ambos laudo: nam pacuuius famam docti aufert atq̃ cõsequitur. ¶ Actius alti. Sophoclis: eschili euripidis: qui ante sint. Alii sic accipiunt tanquã senis doctrina & gloria ascribat̃ pacuuio. Actio uero altitudo ĩgenii sublimitasq̃ uerborũ an ambo famam consequuntur alter docti alter alti tragœdiographi? ¶ Dicitur. a. t. bene toga. ¶ Togatas. n. scripsit Affranius in quibus menandri stilum uidetur imitatus. ¶ Vincere. Alter alterum uincit an cæteros uniuersos. ¶ Hos edi. i scolis. ¶ Arcto sti. t. i spectaculis. ¶ Habet. credit. ¶ Ad. n. t. ordo est ab liuii scriptores usq̃ ad nostrum tẽpus quædam recte quædam praue iudicat po. Liuium dicit Andronicum qui primus omnium latinas Fabulas scripsit.

¶CHRI. Libithina: p morte posuit. ⁊ Critici: grãmatici q̃ seuerius ĩ poetas iudicãt. ⁊ Leuiter curare pauui facere. ⁊ Quo promissa. Nam cum dixerit aiam homeri uenisse in se ut supra ostendimus. Nam ferunt ab euphorbio in homerum migrasse atq; inde in pythagoram & ex pythagora in pauonem, atq; inde ĩ ennium: Hoc ridens Persius. dixit Quintus pauone ex pythagoreo. Cum ergo hoc dixit: uisus est magna de suo poemate promittere quod cum deinde non multũ expoliuerit uidetur neglegisse sua promissa. ⁊ Somnia. Appellat pythagoreæ opinionẽ de migratione aiarum in diuersa corpora somnia: qm̃ eam falsam putat. ⁊ Neuius. Hic ex campania huiuscemõi sibi scripsit epitaphium. Immortales mortales si foret fas flere. Flerẽt diuæ camœnæ neuium poetam. Itaq; postquã est orco traditus thesauro obliti sunt romæ loqui lingua latina. Pacu. & huius epitaphium est. Adolescens & si ꝓperas hoc te saxum rogat. Vt se aspicias deinde quod scriptũ ẽ legas. Hic sũt poetæ pacuuii marci sita ossa. Hoc uolebã nescio ne esses uale. ergo senilẽ doctrinã pacuuio altitudinẽ ĩgenii actio attribuit. ⁊ Affrani. t. i. togatæ comœdiæ: Affranii similes esse comœdiis menãdri q̃ apd̃ græcos in noua comœdia princeps est. Plau. De quo in arte poetica dictũ ẽ. Epicarmi. Siculus poeta & phus cuius ex uersibus: ut ait laertius: magnã utilitatẽ sumpsit Plato. Quod ipse suo carmine uaticinatus est. Dixit .n. Meaq; adhuc: erit memoria req; & sermonũ. ⁊ Cecilius. & de hoc dictũ ẽ. Terẽtius arte. Quæ ꝓfecto maxima in eo apparet. ⁊ Quapp. & præceteris a Cicerone laudatur. ⁊ Hos edi. ⁊ Sententia est: q̃ a Liuio Andronico qui primus Romæ fabulam dedit usq; ad nostra tempora hi soli habentur poetæ.

¶ACR. Nõ cẽseo inqt delẽdã carmia liuii. q̃ quõdã dictabat Seruus orbilius magister. Sed ĩdignor & miror præferri illa tanquã emẽdata nihilq; distãtia pfectis carminibus cũ adhuc sint mẽdosa. indignor in antiquis inquit si aliqd in honestũ uiderint potius laudãt q̃ dãnẽt. ⁊ Meũ: uero carmẽ qd̃ honestũ est pp nouitatẽ reprehẽdũt. ⁊ Nec ueniã: ẽt hoc indignor q̃ antiquis non solũ uenia poscat sed & iã uenia præcium feratur. ⁊ Arte. attecore gottoq; scriptor tragœdiarum uel comœdiarũ fuit antiquus: qui in suis dictis ita florum genera reperit: & numerat: ut sine dubitatione reprehendẽdus sit ob nimiã loquacitatẽ. Vel qa turpe putant dicit iccirco senes iuniores despicere uel qa uolunt. & turpiter eis uidẽt iunioribus obedire: uel quia quod in infantia didicerunt secũ semper retinere uelint. ⁊ Iam saliare nume. Sali dicebantur qui circa aras saliendo canebãt. ⁊ Ingeniis nõ ille: nõ tm̃ laudat antiquos quantum cum more nos nostraq; uituperat & cum inuidia dicit se de ueteribus scire quod nescit.

Si ueteres ita miratur: laudatq; poetas:
Vt nihil ante ferat: nihil illis comparet: errat
Si quædam nimis antique: si pleraq; dure
Dicere credit eos: ignaue multa fatetur.
Et sapit: & mecũ facit: & ioue iudicat æquo
Non equidem insector delendaq; carmina liui
Esse reor. meminiq; plagosum mihi paruo
Orbilium dictare: sed emendata uideri.
Pulchraq; & exactis minimum distãtia miror:
Inter quæ uerbũ emicuit si forte deorũ. &
Si uersus paulo concinior unus & alter
Iniuste totum ducit: uenditq; poema:
Indignor quicq̃ reprendi. non quia crasse
Compositũ illepide ue putetur: sed quia nup
Nec ueniã antiqs: sed honorẽ & præmia posci.
Recte nec ne crocũ floresq; perambulat atte.
Fabula si dubitem: clament perisse pudorem
Cuncti pene patres. ea cum reprendere coner
Quæ grauis æsopus: quæ doctus roscius egit.
Vel quia nil rectũ: nisi qd̃ placuit sibi: dicunt.
Vel quia turpe putãt parere mioribus: & quæ
Imberbes didicere senes perdenda fateri.
Iam saliare Numæ carmen qui laudat: & illud
Quod mecum ignorat solus uult scire uideri:
Ingeniis non ille fauet: plauditq; sepultis:
Nostra sed ĩpugnat. nos nostraq; liuidus odit.

¶POR. Si ueteres ita. m. hoc peccãt. ⁊ Si. q. n. a. hoc receptũ est. ⁊ Ignaue: humiliter. ⁊ Et ioue iu. æ. propitio & sibi: ioue quidẽ irato fit ut errẽt hoies ac delirent. ⁊ Non. e. i. quod uitiũ inuidi & obtrectatoris est hois. ⁊ Delẽdaq; c. Faceta subtilitas nõ cẽseo inqd delẽdũ liuiũ: & hoc illi honoris causa defero pp uetustatem ex libris eius: seuus ĩqt orbilius quõdam magister librarius mihi dictata p̃bebat. ⁊ Plagosum. eum dicit sæpe plagas inferentem sed emendandũ: nõ delendum puto liuium: sed indignor illum pro perfecto: & emẽdato auctore laudari. ⁊ Et .e. n. d. m. trãslatio ab examine q̃ pars ẽ trutinæ. ⁊ Indignor. q. r. i. in meis carminibus. ⁊ Nec ueniam posci: nec nõ ut si nõ modo ueniam: sed etiam honorẽ antiquis posci uideo posci subaudiẽdum est iterum indignor ut sit zeugma a supiore aut deest uideo: ut sit eclypsis. ⁊ Recte. n. n. c. f. ad togatarũ scriptorem qui in fabulam quæ inscribitur materteræ ita florum genera enumerat: ut sine dubio reprehendendus sit ob nimiam loquacitatem. ⁊ Si. d. c. plus dixit q̃ si diceret reprehendenda clamat. ⁊ Perisse. p. non dicãt sed clamẽt & bene patres qbus sola pura antiqtas placet an patres hoc est senatus. ⁊ Ea. c. r. c. iqt nõ reprehẽdã: æsop, autẽ & Roscius famosissimi comœdiarq; actores fuerũt ac p hoc oñdit stultos multos hoies q̃ non merito ac uirtute fisi: sed tm̃modo pſonarq; auctoritate amoueant. ⁊ Vel qa nil rectũ. hoc uitiũ supbiæ ẽ. ⁊ Vel. q. r. p. p. m. nobis. s. & hoc est uitiũ parui pudoris pueri. ⁊ Perdẽda fateri: male: docti. n. dicerẽt iberbes. ⁊ Iã. s. n. qdẽ saliis numa ipse cõstituit ĩ tẽplis. canendũ. ⁊ Et illud quod. m. i. s. u. s. u. Qui me dicit nescire quod & ipse nescit. ⁊ Ingeniis nõ ille hoc sensu uult ostẽdere huiusmodi hoies q̃ nõ merito ac uirtute stili: sed tm̃modo pſonarq; auctoritate mortuis faueant nõ modo stultos: sed quod peius est inuidos q̃ nos cõtra meritũ oderit.

¶CHRI. Si uete. Si ita po. ro. ueteres poetas laudat: ut nullũ putet anteferendũ errat. Si aũt putat illos errare nõnunq̃ quia quædam nimis antiq̃: aut nimis dure: aut nimis negligenter scribant mecum sentit. ⁊ Ioue æquo. i. uera æquitate. Nam a iouis planeta æquitas: ius legesq; sunt. Nam non ita aut Liuii aut reliquorum carmina insector: ut delẽda putẽ. Sed miror q̃ uideant̃ pulchra & minimũ distantia a perfectis. ⁊ Orbilium hic beneuẽtanus grammaticus fuit: & primo apparitura magistratibus fecit. Deinde militauit. Postremo militia functus studia a pueritia incepta repetiuit primo in patria. Deinde qnquagesimo uitæ anno romam consule Cicerone uenit. Docuitq; maiore fama q̃ emulumento. Nam uixit pauper. Fuit acerbus: & in antisophistas: & in discipulos: propterea q̃ plagosum appellat poeta: & domitius marsus ait. Si quos orbilius ferula scutica ue cecidit uixit prope ad centum annos amissa iampridem memoria. ⁊ Si uersus paulo. non debet totum poema duci & uendi pro bono: si unus aut alter uersus fuit paulo concinnior. nec si ueniam meretur: debet illi peti honor. & p̃mium. ⁊ Recte nec ne cro. in fabula quæ matertera dicitur ita enumerat genera florum poeta togatarum scriptor: ut sit reprehẽdẽda eius loquacitas. ergo si ego non dicam dãnem: sed si dubitem an recte scripserit clamabũt oẽs senatores pisse pudorẽ cũ ego audeam reprehẽdere antiquoq; fabulas quas uel æsopus uel roscius egit: fuit ãt æsopus thragœdiarũ actor: p quẽ. M. Tullius actionẽ in dicẽdo emẽdauit. Roscio ãt tãtũ in fabulis agẽdis ualuit: ut oẽs auctores lõgo interuallo superauerit. Vñ puerbiũ extitit: ut si quẽ in aliquo artificio cæteros supare cõtenderẽt eum in sua disciplina roscium eẽ dicerẽt. ⁊ Vel: qa duplici rõne ferunt ĩ hoc deprauatũ iudiciũ. Vel qa nil rectũ putãt: nisi quod placuit sibi. Vel qa pudet cõcedẽ nobis quos se inferiores putãt: & pudet fateri eẽ pdenda. i. tanq̃ inepta abiiciẽda nũc ĩ senectute ea q̃ ipsi imberbes. i. adolescẽtes didicerãt. ⁊ Iam saliare. pp ancilia sub rege numa e cœlo delapsum instituit salios sacerdotes numa & carmẽ quod illi canerẽt: ut alio ĩ loco ostẽdimus. Hoc ãt rude & incõpositũ fuit: ut illa tẽpora ferebãt: multi igr̃ ignari req; ut aliquid scire uideant̃ Illud laudãt nõ adeo: ut antiqs faueãt: sed qa pſentes poetas oderũt.

Quod si tam græcis nouitas inuisa fuisset:
Quã nobis: qd̃ nũc eẽt uetus? aut qd̃ hẽret
Quod legeret: teretq; uiritĩ publicus usus
Vt primum positis nugari græcia bellis
Cœpit: & in uitium fortuna labier æqua.
Nunc athletarũ studiis nunc ersit æquorum
Marmoris aut eboris fabros aut æris amauit.
Suspendit picta uultum mentẽq; tabella.
Nũc tubicinibus nunc est gauisa tragœdis:
Sub nutrice puella uelut si luderet infans
Quod cupide petiit mature plena relinquit
Quid placet aut odio ẽ qd̃ ñ mutabile credas
Hoc paces habuere bonæ uentiq; secundi.
Romæ dulce diu fuit & solenne reclusa.
Mane domo uigilare. clienti pro mere iura.
Cautos nominibus certis expẽdere nũmos
Maiores audire: minori dicere: per quæ
Crescere res posset: minui damnosa libido
Mutauit mentem populus leuis & calet uno
Scribendi studio pueriq; patresq; seueri
Fróde comas uincti cœnant: & carmia dictãt
Ipse ego q̃ nullos me affirmo scribere uersus
Inuenior parthis mendacior: & prius orto
Sole uigil calamũ & chartas & scrinia posco

¶ACR. Sub nutrice. i. Lasciuiebat iqt populus p diuersos ludos: sicut puella subnutrice solet lasciuire. ⁊ Quid placet. Ostendit nil nos amare uel odisse qd̃ nõ sacietate mutet̃. ⁊ Romæ. d. dicit tanto poterit studio teneri ut publice qdẽ mẽtiret̃ se uersus cõponere rediẽs ãt domũ añ solis ortũ tabellã arripe. ⁊ Et. s. re. De græcoq; moribus trãsit ad cõsuetudinẽ romãorũ qui anteq̃ scirẽt lasciuire: & poetriæ studere prio mane domũ apiebãt uigilãtes ad opus aliqd̃ assistebant. ⁊ Soliti cliẽtibus. i. minoribus amicis ꝓcepta dare qbus maiorẽ amicitiã colẽt & largiri cautos nũmos: & cõgruis pionis & aliis bõis studiis intẽdere: sed cupiditas & leuitas mutauit eorum aios ut itermissis aliis studiis tantum poetæ animum incenderent. ⁊ Nominibus. r. an hominibus rectis ꝓpter res hõestas? ⁊ Cautos nũmos dicit per chirographum datos. ⁊ Inuenior partis. quia dico me nolle scribere. tamen scribam.

¶POR. Quod si tã græ. nouitas inuisa fuit. quã nobis: qd̃ si ab initio idẽ græci fecissent q̃ nũc ro. ut odissent poetas q̃ essent inqt hodie ueteres: aut quid nostra tpa peruenirẽt q̃ legere oibus & in manibus habere possemus. ⁊ Vt. p. p. hic ostendit q̃ fuerit initium poeticæ ꝓfessionis: ut probet q̃ nũc inueteratũ est aliquãdo cœpisse. ⁊ Nugari: ludere scribere: qa bella nõ nugæ sunt. ⁊ Et ĩ uitiũ. f. l. Dicit uitiũ fœlicitatẽ prosperæ fortunæ eẽ delitias in quas lapsa sit græcia post q̃ bella deposuit. ⁊ Nunc. a. enumerat quas artes græcia p pacẽ ociũq; sit secuta. ⁊ Sub. n. p. ita græcia cupide apperit studia q̃ celeri sacietate deseruit: ac si puella ifans eẽt & sub nutrice agẽs ẽt luderet. ⁊ Plẽa: saciata. ⁊ Quid placet: aut odio ẽ snia ẽ q̃ oñdit Hor. nihil nos cupẽ uel odisse quod secuta sacietate mutemus. ⁊ Hoc. p. h. hoc habuit inqt pacis uitiũ: ut diuersis delectationibus animi hominum pascerẽtur. Ventos ãt secundos fortunam prosperam dicit. ⁊ Romæ dulce diu. a græcorum moribus transit ad consuetudinem ueterum Ro. & dicit quemadmodum maiorum posteris mutata consuetudo sit in usum poeticæ disciplinæ. ⁊ Solenne: quasi legitimum. ⁊ Clienti. pro. i. respondere de iure alicui consulenti. ⁊ Cautos nummos dicit. uel quia per chirographum & cautionem crederentur uel cautos nummos. i. legibus hoc est nõ illicitis usuris datos. ⁊ Nominibus rectis: recta nomina de legibus facta inde fœnerãdi debitoribus. ⁊ Maiores. a. in iure Officium minoris ẽ. ⁊ Mutauit. m. propterea leuis causa cur mutauit mentem: propterea quia leuis. ⁊ Et carm. u. Rebus omnibus positis poeticam solam multitudo delegit iuuenesq; patres: hoc est omnis ætas & bene additum seueri quod in ludicra maior reprehensionis causa sit. ⁊ Fronde comas uincti: quod fronde comas nectunt. ⁊ Quod. c. &c. dictant intemperant.

¶ Ipse ego qui nullos. Satyricæ ne sibi quidem pepercit: inuenior parthis mendacior bene parthis: quia pfidi sunt: ut q romanos fraudibus duces sæpe deceperint. ¶ Prius orto sole: figurate anteq̃ sol oriat. Hic ego inqt mẽdax sũ ꝙ nõ solũ scribo qd facio: sz ẽt studiosissime scribo. ¶ Scrinia: capsas dic ĩ qbꝰ scripta oium rponũt.

¶ CHRI. Quod si tã. n. Si græci odissent nouos nũq̃ multæ artes ad suã pfectionẽ, pducte essent: neq; esset nũc aliquid uetus quod legeretur. Nã qui ueteres sunt: aliquãdo fuerunt noui. ¶ Tereret uiritim: idest quod dum singuli uiri legunt assiduo usu tereretur. ¶ Vt primum. ostendit principium artis poeticæ quod ex pace & secunda fortuna ortũ est. ¶ In uitium. Nam fœlicitas nos a labore ad lasciuiam procliues ducit. ¶ Athletarum: quia uaria ludorũ certamina instituta sunt inter quos athletæ: & aurigationes equoꝝ fuere: & qui marmor eburi: & era sculperent. ¶ Suspendit uultum & mẽtem. s. spectatoris qui adeo stupuit picturæ artificio: ut mentẽ uultũq; inde non flecteret. ¶ Vel dicit ꝙ picturã: ita uiuentẽ produxerit: ut uultũ. i. affectum animi: & mentẽ hẽre uideret. Sic Vir. Credo eqdem ducent de marmore uultus. ¶ Tubicinibus. Quibus in choris sibi fabulæ adhiberent. ¶ Sub nutrice. Mira comparatio: nã cum infantes leues mutabilesq; sint iuuantur eorũ natura a puellari ætate. ¶ Plena: satura. Quid placet aut odio est. Hoc uerũ quia ad sensus refertur. Nã quæ recta rõ eligit ea stabilia sunt. ¶ Romæ: alia fuit romanoꝝ rõ uiuendi: ut aut iuri ciuili aut mercaturæ inuigilarent. Deinde mutauit studia populus roma. & ad poeticem conuersus est. ¶ Patres seueri: idest qui seueriores esse deberent. ¶ Mendacior parthis: prouerbium est.

Nam parthi fugam mentientes hostes feriunt.

¶ ACR. Nauẽ agere: cõtra eos q ignari artis tũ poetæ uolũt haberi: & dicit quia cũ alii uolũt, ppriis studiis esse cõtenti nec audẽt inchoare: uel petere quod optant ad studiũ poetriæ: & quã artẽ ignorant audent se conferre. ¶ Hæc insania: nõ laudat quẽ reprehẽderat: sed culpat temeritatẽ multorũ. ¶ Vtilis. u. ostendit utilitatẽ magnãa poetis urbi iferri: qa ipsi componunt carmina: qbus dii placantur per ora pueroꝝ uel puellaꝝ: sicut est istius sæculare carmen quod pueri & puelle cantarunt in capitolio: q̃ carmina dithyrambi uel poema uocabantur: ac p hoc pueri & uirgines a diis impetrent statũ reip. poetæ: ad scribendũ qui carmina componunt. ¶ Antiquitus. n. pueris & puellis præcipiebatur cantare carmen: ut ætas innocentior deos placaret. ¶ Os. t. poeticis. n. delectationibus os ifantis adhuc debile balbumq; corrigit.

¶ POR. Nauẽ agere igna. hæc exẽpla aduersus eos refert qui ignari artis poeticæ docti haberi cupiunt: cũ in cæteris professionibus nullus sit q disciplinæ: titulum nõ per doctus inuadat. Et mire dixit nauis: ut non helleborum: sed abrotanũ quod minori periculo etiã indoctus miscere potest ac dare. ¶ Promittunt: profitentur. ¶ Tractant. f. f. fabrica absolura. nõ. n. adicit fragmẽta aut opera. ¶ Scribimus indocti. hoc cum pronunciatione inferendum est. ¶ Hic. e. t. &. l. nam dicit hunc errorem ꝙ docti indoctiq; scribant: hoc enĩ mõ pro utilitatibus posuit. ¶ Collige: intellige argumẽtare. assequere. ¶ Vatis. a. nõ facile inqt auarũ poetam reperias. & bono ordine secũdũ laudis p̃cepta ante ostẽdit qbus malis careret: & sic uenit ad ea bona q̃ habet. ¶ Viuit. f. &. p. f. hoc ẽ paruo uiuit ideo auarus est. Siliquis aũt specialiter dicit eas q̃ in herbis nascũtur in oĩ legumine hoc est q̃ siliquis continent. ¶ Militiæ. q. malũ debilẽ imbellẽq; nunc dicit secũdum græcos qui huiusmodi homines nominãt. ¶ Vtilis. u. f. d. quæ magna a paruis rebus adiuuari posse: ut a poetica uel a grãmatica professione. ¶ Os. t. recte os tenerum pueri poeta armat poeticis. n. lectiõibus os infantis adhuc debile balbũq; corrigitur. ¶ Torquet ab ob. carminibus ait auocat a turpibus. ¶ Mox. e. p. uerum est. multæ. n. sunt in poeticis utiles sniæ q̃ formant amicis præceptis hoc est utilibus. ¶ Oriẽtia. t. proponens exempla multa efficit ut orientia tpa hoc est uenientia cuiusmodi futura sint existimemus & instruamur ex ante gestis. ¶ Inopẽ. f. uel delectando suis uel præceptis philosophoꝝ. ¶ Castis. c. p. infert p auxesim qd qfq; a diis ipetrat p choros pueroꝝ ac uirginũ poetæ ad scribendũ esse q carmina ipsa cõponit. ¶ Poscit. o. c. &. p̃. n. f. ac p hoc exaudit: hic ãt significat carmina quibus dii placant hoc est pœanas dithyrambos. hymnos. prosodias. ¶ Cælestes imp. a. enumerat q̃ & quanta dii pueris & puellis p̃cantibus merito carmine præstẽt. ¶ Impetrat. &. p. utrũ deorum pacem an pacem. i. finem belli. ¶ Agricolæ. p. dicit usq; adeo carmina ubiq; grata esse: ut etiam rustici ueteres carminibus se delectarent: cum diuinis rebus operarent. ¶ Paruo. b. non auari: uti inter paruas

Nauẽ agere ignar⁹ nauis timet. abrotanũ ægro
Non audet: nisi q didicit: dare. ꝙ medicoꝝ ẽt:
Promittunt medici. tractant fabrilia fabri.
Scribimus indocti doctiq; poemata passim.
Hic error tamen & læuis hæc insania quãtas
Virtutes habeat: sic collige. uatis auarus
Nõ temer ẽ aius. uersus amat. hoc studet unũ
Detrimenta fugax seruorum incendia ridet
Non fraudẽ socio puero ue cogitat ullam
Pupillo. uiuit siliquis & pane secundo
Militiæ: q̃q̃ piger & malus: utilis urbi.
Si das hæc paruis quoq; reb⁹ magna iuuari:
Os tenerũ pueri balbũq; poeta figurat.
Torq̃t ab oscenis iam nunc sermonibus aure
Mox etiam pectus præceptis format amicis.
Asperitatis & inuidiæ corrector & ira
Recte facta refert orientia tempora noctis
Instruit exemplis. inopem solatur & ægrum
Castis cum pueris ignara puella mariti
Disceret unde p̃ces: uatẽ nisi musa dediset:
Poscit opẽ chorus: & p̃sentia numina sentit.
Celestes implorat aquas docta prece blãdus.
Auertit morbos metuenda pericula pellit.
Impetrat & pacẽ: & locupletẽ frugibus annũ.
Carmine dii superi placãtur. carmine manes.
Agricolæ prisci fortes paruoq; beati
Condita post frumenta leuãtes tẽpore festo

opes beati uixerint. ¶ Condita. p. f. post messem an post uindemiam. Nã & autumni frumenta Salust. dixit.

¶ CHRI. Nauẽ agere ignarus. Nullus aliquo in artificio exercet se: nisi illud prius didicerit: exceptis ipsis poetis. Nam & docti simul & indocti accedunt ad scribendum. Sed tamẽ hoc impudentiæ uitium multas secum uirtutes affert. Nam adeo intenti musis sunt poetæ: ut nulla auaritia & habendi cupiditate moueantur. Non mouentur calamitatibus acceptis. non socio non pupillo fraudem cogitant. ¶ Siliquis. i. leguminibus q̃ intra siliquas latent. ¶ Pane secũdo. i. cõfecto nõ de flore farinæ: sed ex ea quæ resedit in cribro. ¶ Milites. Nã imbelles sunt. neq; est in illis robur ai militiæ aptum. Malus. imbellis meticulosus a græcorũ similitudine. Illi. n. κακον. i. malum dicunt ab eo quod est κα-χω. i. cedo. Nam antiqui nullũ putabant maius uitiũ q̃ in prælio cedere. ¶ Vtilis urbi. Artificiose primo ostẽdit qbus uitiis careat: deide qbus uirtutibus sit ornatus. ¶ Paruis magna iuuari. Modeste loquit de artificio suo: sed res maxima poetica est. ¶ Os pueri. Nulla. n. re magis emendatur uox & formatur pronũciatio q̃ uersibus poetarum. Poetaꝝ. n. uersibus efficiũt aures nostræ eruditæ ad iudicandum. Præterea optima p̃cepta in poemate tradunturquibus absterremur ab omnibus uitiis & docemur uirtutes. ¶ Oriẽtia tempora instruit exemplis. instruit nos quo pacto uenientia administremus exemplis rerum præteritaꝝ. ¶ Notis: præteritis. nam ea nota sunt. Scribit carmina quibus præces erga deos contineantur quæ puellæ & pueri addiscant. Nam multos hymnos apud antiquos uirgines ac pueri diis immortalibus canebãt. Poscit opẽ chorus. nam uersus quos chorus ĩ fabulis canit omne genus p̃cationũ continẽt qbus dii mouent. ¶ Præsentia fauẽtia. Cælestes aquas pluuias. ¶ Blãdus, p supplice posuit. ¶ Supi. Vt auxilium præstent. ¶ Manes: ne noceãt. ¶ Agricolæ prisci. Oñdit ludos fescenino a poetica nõ esse disiunctos.

Corpus & ipsum animũ spe finis dura ferẽtẽ
Cum sociis operum pueris & coniuge fida
Tellurem porco siluanum lacte piabant
Floribus & uino genium memorẽ breuis æui
Fescenina per hunc inuenta licentia morem
Versibus alternis opprobria rustica fudit.
Libertasq; recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter donec iam seuus apertam
In rabiem cœpit uerti iocus. & per honestas
Ire domos impune minas. doluere cruento
Dente lacessiti fuit intactis quoq; cura
Conditione super communi quin etiam lex
Pœnaq; lata malo. quæ nollet carmine quẽq̃
Describi. uertere modum formidine fustis
Ad bene dicendum delectandumq; redacti.
Græcia capta ferum uictorem cœpit. & artes
Intulit agresti latio sic horridus ille
Defluxit numerus saturnius & graue uirus
Munditiæ pepulere. sed in lõgum tamẽ æuũ
Manserunt hodieq; manent uestigia ruris
Seruus enĩ græcis admouit acumina chartis
Et post punica bella quietus quærere cœpit
Quid sophocles & tespis & æschil⁹ utile ferrẽt
Tentaui quoq; rem si digne uertere posset:

¶ ACR. Fescenina p hũc. p hũc inqt morẽ ueteꝝ agricolarũ mutata sunt ẽt fescenina: ĩ q̃bus exprimebãt ad cõuiuia iocos dicta ãt sunt fescenina ab oppido unde prius ꝓcesserũt ostẽdit ergo qa sicut antiqtus. Di sacrificiis placabãtur ita mõ carminibus. ¶ Amabiliter dicit qa tãdiu amabiliter tragœdiæ & fescenina cucurrerunt. donec ipa libertas ĩ uitiũ uerteret publice & nominatim aliorꝝ uitia carpẽdo sed ĩdignati nõ solũ illi q lacescebant detractiõibus: uerũ ẽt quibus ingratũ erat nobilibus pſonis cõtumeliã inferri lege cõstituerũt: ut nemo nominatim alicuius uitia recitaret. Q d' si qs poetarũ egisset fustibus cederet. ¶ Fuit intactis: licet nõ caperent tamen alio carpi dolebãt timẽtes quandoq; ledi. ¶ Quin ẽt lex qa cautũ est ne quis carmen cõponeret. ¶ Fustis. nõ puto crucis dici. Quippe de ingenuis dr sed a canibus tractũ est nam cum fustes metuunt morsibus se abstinent. ¶ Agresti: latio: nõ semper agresti: sed tunc qui ante cognitionẽ artium rustici erant: & agrestes. ¶ Saturnius. saturniũ uocat metrũ quo usi sunt ueteres latini sub rege saturno: & postea longo tempore ꝙ horridũ est. i. incõpositũ. ¶ Et graue uirus. dicit aũt qa statim ut cœperũt abundare diuitiis: & mundiciis cessauit illud metrũ incomptum: & creuit graue uirus. i. liberales artes assiduo studio. Sed adhuc uestigia rusticitatis in latina lingua manẽt. ¶ Tẽtauit. poetæ romãi latis altã audẽt materiã cõprehendere: sed turpem putãt longã liturã: & hæc est causa cur ingenia latinorũ non possunt peruenire quia. f. stulte erubescunt: & timent emendare & polire longa litura quod scripserunt.

¶ POR. Spe finis dura. snia ẽ tolerabilẽ fieri laborẽ laboris sine ꝓposito. ¶ Telluré. p. ꝓ porca ut cõtrario Vir. & ui. Cæsa. u. porca. Floribus & uino genium Recte dictũ ẽ quia qui indulgẽt genio suo memores sunt uitam humanam nõ esse diuturnam. ¶ Fescenina inuenta sunt in quibus exprimebantur iocosa conuitia dicta aũt fescenina ab oppido fescenino. Vnde ꝓcesserũt & attellãica nominata sunt. ¶ Libertasq; recurrẽtis & licẽtia cãtãdi libertasq; dicit ioculariũ saluo amore per aniuersaria sacroꝝ: quãquã sunt qui dicãt per recurrentes annos libertatẽ saturnaliorum annoꝝ significari. ¶ Donec. iã seuus apertã in rabiẽ cœpit uerti iocus: & p honestas ire domos impune minax. Donec per iocũ multis impune laceratis dedissent oẽs operã. ut lege caueret ne quis carmẽ cõponeret. quare cõstituta silentiũ ẽ impositũ archeæ comœdiæ in q̃ noiati uicia ciuium carpebant. ¶ Cruẽto dẽte. sæuo morsu. ¶ Vertere mo. Ordo. uertere modũ poetæ ad bñdicendũ: iõq; fustuariũ suppliciũ cõstitutũ erat ĩ auctorẽ carminũ infamiũ bene dicẽdũ ãt nũc deserte dicẽdũ ãt non bñ dicẽdũ sed male dicendũ significat hoc ẽ nõ lacerãdũ aut uituperãdum: & bene redactũ: qa nõ uolũtate correcti: sed edocti malo. ¶ Græcia. c. f. capta uirtute militari cœpit floreꝛ mũditiis & arte liberaliũ studioꝝ. Agresti latio nõ semp sed tunc agresti. ¶ Sit horridus il. saturno metro usi sunt ueteres latini sub saturno. Vũ nomẽ est uer-

ſus.Defluxit autem mollitus ē:& ceſſauit ac deſiit fluēr:& grauitas:& ſeueritas quæ delitiis pepulit ueſtigia rusticitatis.℣ Serus.n.g.nā romanis nō expoliauerunt priſtina rudimenta.Et poſt punica bella quietus quærere cœpit:quietus ſecurus metu punico.ſ.carthagine iā deleta tentauit græcos imitari.℣ Rem:poema dicit.℣ Vertere.tranſferre in latinum ſtilum.

ℭCHRI. Tempore.ſ.ut ſit religio & nonociū iners.℣ Porco.pro porca.Cōtra Vir.Et cæſa iungebāt fœdera porca pro porco.℣ Lacte.nam paſtorū deus erat ſiluanus.℣ Floribus.Nam genio : ſuo ſacrificantes flores adhibebant tanq̄:p illos breuitatē uitæ ſignificarēt.℣ Feſcenina.genus fabulæ eſt ab oppido ubi primū iuēta ſūt quēadmodū ab tellis atellana.In iis iocoſa cōuitia exprimebanť.℣ Luſit amabi.De rebus iſtis oībus abū de dictū ē ī arte poetica.℣ Honeſtas domos, ꝓbos uiros ītelligit.℣ Sup.ꝑ de.℣ Græcia capta. Capta ē armis græcia a romāis.Sed deide capta cœpit romāos:qa illos ſuis laſciuis artib, cœpit,& oēm priſcā ſeueritatē ab eis reppulit.℣ Horridus nūerus.Rudis illa cōpoſitio uerſuū q̄ fuerat ī priſcis poetis.℣ Saturnius: Vel retuliť ad planetā cuius ifluxus triſtis mœſtuſq; ē:uel ad antiq̄ tpa ī qbus in italia ſaturnus regnauit: quo regnāte oia caſta ſeueraq; fuerūt.℣ Virus:ñ ſolū uenenū ſignificat:ſed ēt grauē odorē.& abominabilē. Quapp Pli ī qbuſdā herbis grauē odorē uirus dixit. Ergo & ī hoc loco cū ſūpſiſſet trāſlationē ad mores a corpore quēad modū dixit mūditias qbus corpus lautū:& a tetro odore purgatū reddit:ſic cōtra dixit uirus odorē tetrū q ab infecto ſudore:& ſordibus corpore manat.Florētini hūc odorē lezum appellāt.℣ Sed ī longū:inceperūt qdē æmulari græcos.ſed non adhibito acumine ingenii diu rudes māſerūt.℣ Et ho.ſ.ſuo tpe dicit extare illā rusticanā ruditatē.℣ Sed tñ poſt punica bella.ſ.in illa pace quæ fuit poſt primū bellū punicū incœperūt imitari Sophoclem:& æſchilum.

ℭACR. Sudoris.hipbatō.℣ Credit.comœdia nimiū hr̄e ſudoris:qa res acceſſit ex medio.Plau.Hor. lectorē mōet ut ſtudioſe cōſideret qūo Plautus diſcurrat p cōœdiā diſputādo de pueris ephœbis.& de pribus & quēadmodū tutet ptes uniuſcuiuſq;.℣ In.l. magis.n.lucrū q̄rit q̄ laudē adipiſci ex ſua comœdia & per hoc nō honeſtē:ut deceret multi carmia ſcribēres nō curāt:poſt lucrū īde acceperit.℣ Quē tulit ad ſcœnā:trāſtulit ad glorioſū poetā. q ſi non laudetur: & aīum & artē abiicit q laudari ſe uidēs fit temerarius ac tumeſcit.℣ Sat.l.l.p.ī.breuis & parua ē laus ſubtracta uel adhibita.℣ Si.d.e.ī.eq̄ſtris dignitas quom ī ter ſe murmurando carmina ſibi diſplicere dicit ſtatim ipſa:& omnis ordinis minoris dignitas cū plebe illa remoueri proclamant.& alios ludos introduci. ℣ Iam.m.ab nobilium uirorum auribus receſſit delectatio audiendorum carminum.

ℭPOR.Placuit ſibi.p ſe cognoſceť ꝓbauit:nā ſubiicit rōnē cur ſibi placuerit.℣ Fœliciter audet:q; aggrediť cōplet.℣ Sed turpem:ſtulte & erubeſcit & timet emēdare q; ſcripſerit:& hæc cā ē cur īgēia bōa latinorū ad pfectū uenire non poſſint.℣ Crediť.ex medio crediť inqt qa cōœdia cōmunia ſectať atq; de medio eſt minus habere difficultatis:ex hoc aūt grauis q; nō minus ignoſciť inimico charactere peccātibus.Quo pacto pthes tutet:hoc ē q̄ inducēt in cōgruēdo ſēſus. & ipſe grauior habeť.ut Plato.℣ Geſtit.n.nūmū.Magis.n.lucrū q̄ laudem adipiſci geſtit.℣ Geſtit.cupit. Poſt hac ſecurus nō curas quid poſtea fiat comœdiæ ſuæ.℣ Quē tulit ad ſcæ.poſtq̄ auari poetæ uicia oſtēdit:nunc trāſit ad glorioſum poetam qui ſi non laudatur:& animum & artem abiicit ſed cum uidet ſe laudari fit temerarius ac tumeſcit.℣ Lentus ſpe.quem dicta non permouent.℣ Sedulus.amat & laudat auarum. ℣ Subruit.aut re.leuis eſt ſub radantibus uel præbita.℣ Valeat res.l.non eſt nihil mihi cū ea ſit ſi propter palmæ folia uel afflictus.res ludicra comœdia a ludis dicta ℣ Sæpe etiam au.a glorioſo poeta ad audacē per ſe fuerant eſt quæ digreſſus:dicit quaſi iniurias patiatur qbus ad poſtremum fugať e ſcæna fugať autem ſeditione qa ſæpe imperita multitudo:& locuples in pernicię doctorum poetam fabulāq; cōtemnit : & in medio actu comœdiæ uel ferarū ſpectaculum uel pugilum poſcēs.℣ Numero plures.ac per hoc plebi. ℣ Indoctiq; ſtolidiq;:& depugnare parati.miro characteriſmo imperitā multitudinem oſtēdit.℣ Si.d.e.ſi equeſter.ordo hoc eſt honeſtorū aliud q̄ plebs uelit.℣ Media in.recte quia adhuc amphiteatri uſus nō erat:& in eadē cauea etiam ferrarū gladiatorūq; munera ſpectabantur.℣ Verū equitis quoq;:quia dixerat.hic gaudeat plebecula attulit.per quærelam per etiam locupletes & honeſtos iam uulgarem muſicum ſpernere.

ℭCHRI. Et placuit illa ſublimitas tragica tāq̄ magis cōſona naturæ romanorū & ꝓpea illa ī latinū uertere cœperūt.℣ Crediť.putarūt deide comœdias minus laboris hr̄e qm̄ eorū materia ex medio ē.ī.ex uita cōmuni ſumitur:& ciuili conficiunturq; ex ſermone pœne quotidiano:& familiari:ſed tamen tanto plus oneris habent quanto minorē ueniā merentur peccata q̄ in illa commituntur.℣ Aſpice Plautus: incertū eſt utrū laudet plautum:& uituperet Dorſenium:an uituperet utrunq;.Ergo in ambigua lectione erit.℣ Quo.p.ī.q̄ bene uel quo pacto q̄ male.Eſt autem opus:ut exprimatur natura amantis in iuuene.℣ Attenti.ī.auari in ſene. inſidioſi in lenone edacis in paraſito.℣ Aſtricto ſoc.ī.ſtilo comico conuenienti.Hoc autem euenit:quia properat comœdias ſcribere:ut lucrum faciat.Nomen autem & famam negligit.℣ Securus: negligens.℣ Cadat: quia claudicet in multis locis.℣ Talo.pro pede.℣ Quem tu.Vt demōſtrauit eſſe nōnullos poetas qui modo quæſtum faciant famam negligunt.Sic contra nunc oſtendit eſſe alios quos ſola gloriæ cupiditas moueat ad ſcœnam.ī.ad comœdias ſcribendas quæ in ſcœna agantur.℣ Ventoſo.c.Quaſi innuat uentoſitatem gloriæ eſſe ſibi pro triumpho.Hic igitur ſi ſpectatores habet lentos.ſ.ad plaudendum pene exanimatur ſi ſedulos inflať ex tu more gloriæ.Ergo minima:& leuiare aut opprimuntur aut ſubleuantur. ipſe autem potius ualere uult ludicra.ī.rem ſcœnicam q̄ aut magreſcere palma denegata:aut pingueſcere conceſſa.℣ Ludicra:quia in ludis emebant comœdias ædiles.℣ Sæpe etiam au.poſt uanos audaces quoq; uituperat: qui ſæpe terrentur cum inter recitandū uident & plebeos qui uirtute:& honore inferiores: & indocti numero tamen plures ſunt:poſcere uenationes aut gladiatores.℣ Si eques.ī.quamuis equeſter ordo & nobilitas diſcordet.℣ Verum equi. Sed qd indignus eſt: iam ēt equites inceperunt malle ſpectare illa quam audire comœdiam. Nam uoluptas q̄ ſolebat ꝓcipi ab auditu nūc cōuerſa eſt ad oculos.

Et placuit ſibi natura ſublimis & acer,
Nam ſpirat tragicū ſatis & feliciter audet.
Sed turpē putat in ſcriptis:metuitq; lituram.
Creditur ex medio quia res acceſſit habere
Sudoris minimū ſed habet comœdia tanto
Plus oneris:q̄to ueniæ minus.aſpice plautus
Quo pacto ptes tutetur amantis ephœbi:
Vt patris attenti:leonis ut inſidioſi:
Quantus dorſennius edacibus in paraſitis,
Quam nō adſtricto percurrat pulpita ſocco
Geſtit.n.nūmū ī loculos demittere. poſthac
Securus cadat an recto ſtet fabula talo
Quē tulit ad ſcœnā uentoſo gloria curru
Exanimat lentus ſpectator.ſedulus inflat
Sic leue.ſic paruū ē:animū qd laudis auarū
Subruit aut reficit:ualeat res ludicra ſi me
Palma negata macrum dōata reducit opimū
